



E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

C. q. 14.

74  
1877-1774

Ad lo  
De 9  
orati  
De Dic  
De ratio  
De lon  
De h  
Des i  
Htan  
Gymn  
Cataf  
De N  
Ethi  
—  
—  
—  
De  
Ethi  
Geo  
De a  
De p  
De l  
De  
De l  
De  
Se  
De i  
Nij  
Pho  
De



14

SIGISM. FRIDER. DRESIGII  
A. M.  
COMMENTATIO CRITICA  
DE  
RHAPSODIS  
Bon  
Alten Saeister-Sängern

---

QVORVM  
VERA ORIGO ANTIQVITAS  
AC RATIO  
EX  
A V C T O R I B V S  
E T  
SCHOLIASTIS GRAECIS  
T R A D I T V R.

---

L I P S I A E  
EX OFFICINA LANGENIEMIANA  
M D C C X X X I V .



SIIGISM. FRIDER. BRESICHII

COMMENTATIO GRÆCA

RHAPSODIS

ΜΕΤΕΩΡΟΛΟΓΙΩΝ

VERA ORIGO ANTIQVITAS

A VCTORIBVS

SEHOENASTIS GRÆCIS

TRADITVR

PRÆFATIO



V I R O  
ILLVSTRI MAGNIFICO ATQVE EXCEL  
LENTISSIMO  
D O M I N O  
GODOFREDO LANGIO

ICTO

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS ET  
ELECTORIS SAXONIAE AB INTIMIS CONSILIIS  
BELLICIS SVPREMAE CVRIAE PROVINCIALIS CON  
SISTORII AC SCABINATVS ASSESSORI TEMPLI S.  
THOMAE PRAEPOSITO ET CONSVLII APVD  
LIPSIENSES NVNC REGENTI

PATRONO AC MAECENATI SVO

SVBMISSA PIETATE SVSPICIENDO  
FELICITATEM.



V I R  
ILLVSTRIS, MAGNIFICE ATQVE  
EXCELLENTISSIME,  
PATRONE AC MAECENAS  
SVBMISSA PIETATE SVSPICIENDE,

**M** *D* *Illustre* TVVM nomen,  
VIR MAGNIFICE,  
*tanquam ad aegida Mi-*  
*neruae, supplices confu-*  
*giunt rhapsodi, publico sese commissuri.*  
*Quae si temeritas TIBI uidetur audacior,*  
*TIBI ipse, oportet, in audacia ignoscas*  
*mea. Neque enim alia ratione ulla ex-*  
*cusari*



cusari eam posse intelligo, nisi admirabili  
TVA ac paene diuina beneuolentia. Quae  
cum omnibus, qui TE adeundi gloriam  
affectant, obuia est atque exposita, tum  
in me, hominem licet umbraticum, tanta  
tamque inusitata extitit, ut maluerim in  
ea publice praedicanda temerarii, quam  
ingrati animi notam incurrere. Quare  
quum TIBI, PATRONE OPTIME,  
placuerit ineffabili TVA benignitate me  
complecti, nec displicebit eadem hac gra-  
tia prouocatum gratissimae obstrictissi-  
maeque mentis studium. Quo, ut spe-  
ro, impetrato, nihil est, quod maiori ani-  
mi sollicitudine iam optem, quam ut falsa  
mola pro tempore litanti TVIS auspiciis  
olim contingat tura quoque offerendi fe-  
lici-



*licitas. His ex causis nunquam des-*  
*eram Deum immortalem omnibus implo-*  
*rare precibus, ut TE, VIR ILLVSTRIS,*  
*consummatissima et rerum et ualetudi-*  
*nis prosperitate uti per complures annos*  
*iubeat, quo, ut patriae sapientia TVA in-*  
*credibili, sic prolixissimo TVO patrocinio*  
*quam diutissime frui liceat,*

V I R  
ILLVSTRIS, MAGNIFICE AT-  
QUE EXCELLENTISSIME,  
ILLVSTRI TVO NOMINI

Lipſiae  
a. d. X. Kal. Octobr.  
1619 1660 XXXIII.

denotissimo  
M. SIGISM. FRIDER. DRESIGIO.





## CONSPECTVS.

§. I. Scriptores de rhapsodis recentiores. §. II. Alii ῥαψωδός compositum uolunt ex ῥαψιδός et ὠδή ad uirgam laurinam poetae et rhapsodi carmina recitabant. rhapsodi an ῥαψιδόχοι dicti? Scaliger et Schmi- dius notati. §. III. Alii id de- riuant a ῥαψῶ, hiantia com- pono et ὠδή. Homeri libri un- de rhapsodiae dicti? §. IIII. Alii denique a ῥαψῶ, secun- dum artem compono, et ὠδή. ῥαψῶν ὕψις, carmina duce- re et texere. §. V. Hesiodus an Homero aequalis? an cum eo certamen inierit? cur in eo Hesiodus Homero praelatus? Fa- bricius relictus et Salmasius no- tatus. §. VI. Origo rhapso- diae uarie traditur. §. VII.

Rhapsodia ad epopoeiam perti- net. sui narratio carmine ex- pressa. Salmasius notatus. an ab epopoeia diuersa? §. VIII. Rhapsodia genere heroico con- scripta. laudes uirorum for- tium carmine cantatae in con- uuiiis. ῥαψωδῶν de Homero et Hesiodo. §. IX. ῥαψωδός quid notet? cur uniuersa Homeri poesis rhapsodia dicta? ipse poetae sua carmina recita- bant. ῥαψωδῶν de iis, qui sua scripta recitabant. §. X. Ho- merus et Hesiodus an rhapsodi dicendi? nomen ῥαψωδός quan- do ortum? §. XI. Rhapsodi alieni carminis recitatores quando et an a Cynaetho orti? Salmasius et Kusterus notati. §. XII. Qui primus Homeri car-



mina in Graeciam aduexerit? *tauerini?* §. XVIII. Rhapsodorum certamina in diebus festis; Parathenaeis, ludis Olympicis, Braurone, apud Epidaurios, Sicyone. quodnam praemium certantium? §. XIX. Rhapsodi in conuiujs, in nuptijs, in theatris. Homeristae apud Athenaeum quinam? quibus induiti uestibus Iliadem et Odysseam cantauerint? Scaligeri et Plautius emendati. §. XV. Schmidii lapsus. rhapsodi in Rhapsodi etiam dicti Homeridae, Homeristae, *Syrxodoi, devedoi.* quo sensu Cynaethus primus rhapsodus. is et eius sectatores ordinem Homeri uersuum mutabant, et de suo aliquid addebant. §. XVI. Oratorum corporis studebant. eorum fastus et arrogantia. §. XVII. *geopodew* idem, quod recitare. Cur Homeri carmina in primis, et an Hesiodi, Archilochi et aliorum quoque carmina reciderent? §. XXI. Rhapsodorum index clarorum.

§. I.



Aepenunero perlustranti mihi ritus Graecis pariter ac Romanis olim usitatos, eorumque cognitionem repetenti altius, nulla quidem res remere occurrit, scriptioe aliqua paullo dignior, quae sit penitus fictio, quod dicitur, pede praetermissa a Viris post renatas litteras in Europa doctissimis. Casu tamen nescio quo accidisse uideo, ut multa antiquitatis momenta iusto



iusto breuius pressiusque quasi ex rudibus suis eruerentur. Nam quamuis id nolim uirorum summorum, quorum industria attentam paucissima sane effugerunt, quique pleraque, sin minus omnia, ex ueterum monumentis in numero habuerunt, ignorantiae imputare, tamen multas ab iis res uel data opera uel forte fortuna negligentius dicam, an parcius tractatas esse, nemo, nisi harum litterarum bene ignarus, ignorat. Atque id ipsum multis clarisque exemplis nullo negotio confirmari posset, si aut necessitas id postulare aut instituti ratio. Equidem in praesentia satis habeo, illud de his ipsis rhapsodis, quos ex antiquitate pro uirili parte illustrare, Deo duce et auspice, constitui, indicare. Celeberrimus IO. ALBERT. FABRICIVS *Biblioth. Graec. Lib. II c. 2. §. 22. p. 276.* diligenter satis egisse scribit de iisdem rhapsodis IULIVM CAESAREM SCALIGERVM, CLAVDIVM SALMASIVM, LVDOLPHVM KVSTERVM, quibus suo merito addendum censeo immortaliter non de Pindaro solum, sed omni etiam Graecitate. meritum ERASMVVM SCHMIDIVM, suo quemque loco in ipsa commutatione infra laudandum. At uero quod ad SCALIGERVM attinet, reliquis quidem ille de origine rhapsodiae melius sensisse quodam modo, sed aequo breuius de hac ipsa re egisse putandus est, quod praeter ea, quae apud Aelianum et Athenaeum hac de re leguntur, pauca omnino habet. De SALMASII uero opera, qua id egit unice, ut opinionem de rhapsodorum origine a Cynaetho demum arcessenda, stabiliret, quid statuendum sit, ex iis, quae dicentur a nobis paullo copiosius, nemini non apparebit. Denique quemadmodum KVSTERVS Salmasium sibi hac in parte tantum non ubique sequendum existimauit, sic e contrario SCHMIDIUS uestigijs Scaligeri pressius aliquantum instituisse deprehenditur. Quum igitur ab his, quos modo laudauimus, uiribus doctissimis quaedam in hoc genere uel non satis copiose, uel, quod bona tantorum uirorum uenia dictum uehim, non satis accurate tradita animauerem,



terem, non mihi uisus sum operam tempusque perdere, si, quae mihi de rhapsodis in antiquorum maxime scriptis annotata essent, commentatione quadam in lucem aspectumque proferrem. Et quamuis id mihi non sumam, ut me putem omnia, quae de hoc argumento dici possent, penitus exhaustisse, hoc tamen me effecisse, nisi me fallit augurium, spero, ut et nonnulla uberius, quam antea, illustrata, nec pauca, quod praefiscine dixerim, accuratius proposita intelligerentur.

## §. II.

Prius uero quam de ipsis rhapsodis eorumque origine, munere, aliisque agamus pluribus, non utile magis, quam necessarium esse uidetur, de ipsius uocis origine et significatione quaedam praemittere, propterea quod de ea prima omnino ac genuina rhapsodorum origo pendet, nec tamen inter ueteres aequae ac recentiores conuenit. In eo quidem omnes consentiunt, alteram in nomine *ῥαψῳδός* compositionis partem quaerendam esse in substantiuo *ῥάψω*. Altera uero unde sit arcessenda, uarie omnino diuersaque tradunt Critici. Multis, sin minus ex recentioribus, ex antiquis certe hoc nomen compositum censetur ex *ῥάβδος* et *ᾠδή*, ut sit quasi *ῥαβδῳδός*. Id testantur SCHOLIA *Pindari ad Neme. II.* p. 331. edit. Oxon. *Τὰς μὲν ῥαψῳδὰς οἱ μὲν ῥαβδῳδὰς ἐτυμολογοῦσι, διὰ τὸ μετὰ ῥάβδος δηλοῦναι τὰ Ὀμήρου ἐπη διεξίναν.* quod ipsum etiam cognoscere licet ex EUSTATHIO *ad Homer. Iliad. I.* p. 15. editionis a POLITO nouissime procuratae, qui id ueteres quoque affirmasse scribit, *ὅτι δὲ καὶ παρὰ τὴν ῥάβδον ἢ ῥαψῳδία ἐρηται εἰονεὶ ῥαβδῳδία τις ἔσται. Φασὶ καὶ τῆτο οἱ παλαιοί.* Tamen uero nec Eustathius neque Pindari interpretes hanc sententiam probant, probasse tamen eam et reliquis praetulisse uidetur SVIDAS, qui *Tóm. III.* p. 254. *Ῥαψῳδοί, inquit, οἱ τὰ Ὀμήρου ἐν τοῖς δεστέροις ἀπειργάζοντες, οἱ ἐκλήθησαν ἔτως, ἐπεὶ ῥάβδος,* ita enim pro *ῥαβδῳδός* non legendum solum in *Historia Critica Homeri* p. 90. sed et edendum duxit LVDOLPHVS KVSTERVS, quamuis

ALEX-



ALEXANDER POLITVS *ad Eustathium Tom. I. p. 15.* legendum suspicetur *ῥάβδος χειρὶ, ἔχοντες ἀπήγγελον.* Suidae hac in parte suffragatur DIONYSIVS THRAX ineditus apud Cel. FABRICIVM *Biblioth. Graec. Lib. II. c. 2. § 22. p. 277.* Εἰρηται δὲ ῥαβδοῖα οἰονεὶ ῥαβδοῖα, ἕσα ἀπὸ τῆ δαφνῆν ῥάβδα, συμβόλου Ἀπολλωνιακοῦ, περιερχομένους ἀδαν τὰ τῆ Ομηρῆ ποιήματα. Ideo uero ῥαβδοῖα dictos uolunt, quod, qui carmina recitabant, baculum seu uirgam manu tenebant. SCHOLIA Pindari *ad Isthm. III, 63. p. 453.* Μετὰ βακτηρίας οἱ ῥαβδοῖα τὰ ποιήματα ἀπήγγελον. Hanc autem uirgam ex lauro Apollini sacra fuisse praeter Dionysium, cuius uerba iam nunc affuerunt, tradit EUSTATHIVS d. l. *Δαφνῆ δ' ἦν ῥάβδος, ἣν κατέχοντες ἐποιεῖντο τοιάυτας ᾠδὰς, καὶ τὴν αἰτίαν οἱ τῆς γραμματικῆς ἐξηγητὰὶ λέγουσι, et p. 22.* Οὐ σύμβολον καὶ ἡ ἐκ δάφνης ῥάβδος ἡ τῆ Ἀπόλλωνο, ἣν, ὡς προσέβηθη, κατέχον ἀδοντες οἱ ῥαβδοῖα. Idem confirmant SCHOLIA INEDITA *ad Dionysium Thracem*, quae ad PORPHYRIUM auctorem referuntur, apud Cl. FABRICIVM d. l. p. 276. Κατέχον δὲ καὶ κλάδους δαφνῶν οἱ Ομηρῆται ἐν ταῖς χερσίν, ὅτε τὲς Ομηρικὰς ἕμνευες τῆ Ἀπόλλωνο εὐροτῆ ἔψαλλον. Atque hanc quidem sententiam duabus maxime rationibus niti obseruauī. quarum alteram refert modo adductus EUSTATHIVS d. l. p. 25. Φασὶ καὶ τῆτο οἱ παλαιοὶ, ἀκολουθῶντες Καλλιμάχῳ εἰπόντι, τὸν ἐπὶ ῥάβδα μῦθον ὑφαιέμενον. altera uero ea est, quod HESIODVS se dicit ramo laurino a Musis donatum *Theogon. uers. 30.*

Ὡς ἔφασαν κῆροι μεγάλα Διὸς ἀργιπέπεια,

Καὶ μοι σκήπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθλήεσσον ἔξον.

*Sic dixerunt filiae Iouis magni ueridicae, Et mihi sceptrum dederunt, lauri peruiridis ramum.* Id ipsum pariter affirmat AESCLEPIADES epigrammate in statuam Hesiodi, non Homeri, quod memoria lapsus censuit CL. SALMASIVS *ad Solinum p. 609. p. 308.* edit. Henr. Stephani.

Αὐτὰρ



Αὐτὰ ποιμαίνοντα μεσημβρινὰ μῆλα σε μῆσα  
 Ἐθρακὸν ἐν κρονααῖς ἔρσειν Ἡσίοδε,  
 Καὶ σοὶ καλλιπέτηλον ἔρουσάμεναι περὶ πάσαι  
 Ὠρεζαν δάφνης ἱερὸν ἀκρέμονα.

Dedit hoc LUCIANO tum in *Dissertatione cum Hesiodo* p. 486. tum *retorum praeceptore* p. 310. occasionem Ascracuum uatem etiam atque etiam perstringendi. Contra ea ex allatis poetae uersibus conuicit PAVSANIAS, Hesiodum carmina ad uirgam lauri cecinisse. Ita enim *Boeoticor.* p. 304. uers. 26. Κάθηται δὲ καὶ Ἡσίοδος καθάραν ἐπὶ τοῖς γόνυσιν ἔχων, ἔθεν τι οἰκίον Ἡσίοδος φέρημα, δήλα γὰρ δὴ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπῶν, ὅτι ἐπὶ θάβδον δάφνης ἦδε. Sedet ibidem Hesiodus citraram gemibus sustinens, quod tamen non fuit eius gestamen, quum, sicuti licet ex eius uersibus colligere, ad lauri uirgam caneret. Quid? quod PINDARVS ipsum Homerum κατὰ θάβδον, ad uirgam, Aiakis laudes cecinisse scribit *Isthm.* III. u. 63. p. 453.

Ἄλλ' Ὀμηρὸς τοὶ τετιμα-  
 κε δὲ ἀνθρώπων, ὃς αὐτῆ  
 Πᾶσαν ἐρωτάσας ἀρετῶν  
 Κατὰ θάβδον ἔφρασε  
 Θεσπεσίων ἐπέων,

At *Homerus* uique eum honorauit per homines, qui eius omnem erigens uirtutem per seriem cecinit diuinorum uersuum, ad quem locum in SCHOLIIS alii uerba κατὰ θάβδον ἔφρασαν exponunt per ἐραφώδησεν, alii uero κατὰ θάβδον dicunt esse pro κατὰ σίχον. Rectius tamen id de ipsa uirga laurina, ad quam cecinisse sua carmina *Homerus* uidetur, intelligitur. Neque enim laurus solum Apollini, Musarum praesidi ac poetarum Deo principi, sacra fuit, sed et magnam uim habere et efficaciam credita est ad spiritus in uate concitandos, ut alias causas praetermittam, quas his memorant uerbis SCHOLIA ANTIQVA ad *Hesiodi locum* paullo antea productum p. 234. sq. edit. *Heins.* Ἦγεν ἐπεὶ πολύδαφνον ὁ Ἐλικῶν, τὰς Μῆσας ἐκ τῆς παρεκεκμημένης ὕλης ἔφρασαν δένει αὐτῶ κλάδον. ἔπρεπε δὲ ἐπὶ Ἀπόλλωνος τῆτο, ὁ γὰρ θεὸς Μῆσων γέτης. ἢ παρῶσον



παρόσον ἢ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τὰς ἐμβασιασμὸς. ἢ ἐπειδὴ ἡ δάφνη  
 αἰεθαλὴς ἐστὶ καὶ οἱ λόγοι αἰεὶ θάλλουσιν, et SCHOLIA INEDI-  
 TA ad Dionysium Thracem apud Cel. FABRICIVM d. l. p.  
 276. Δαφνῶν δὲ κλάδους ἔχον δια τὸ αἰεθαλὲς τῆς ποιήσεως, καὶ  
 ἔτι ἢ τὸ Ὀμήρου ποιήσις μαντικὴν ἐπέχει. Huc accedit, quod  
 ipse Apollo lauream uirgam seu ramum dextra, sinistra ci-  
 tharam gestans uisitur in numo, quem exhibet EZECHIEL  
 SPANNHEMIVS ad Callimachum p. 399. et ipse Homerus atque  
 Hesiodus laurea corona ornati conspiciuntur in gemmis  
 apud Cel. ANTONIVM FRANCISCVM GORIVM *Musei  
 Florentini Tom. I. tabul. 43.* qui Florentiae 1731. prodiit. Quod si  
 ergo et Homerus et Hesiodus, poetae omnium antiquissimi,  
 ad uirgam eamque laurinum cecinerunt, idem fecisse, qui  
 aliena carmina recitarunt, nemo facile mirabitur. Ex his  
 colligit CL. SALMASIVS ad Solinum p. 609. F. nulla unquam  
 carmina olim aut sine lyra aut sine uirga laurea recitari so-  
 lita. Quod uti iam in medio, ne longius euagemur, de in-  
 dustria relinquimus, ita id non possumus paucis adhuc non  
 monere, Virum summum SCALIGERVM dormitasse, quan-  
 do *Poetices Lib. I. c. 41. p. 45.* ἑσπέρων ἑσπέρων quoque dic-  
 ctos fuisse arbitratur, eique temere assensum esse ERAS-  
 MVM SCHMIDIVM ad Pindar. Neme. p. 36. nam ἑσπέρων  
 antiqui erant lictores siue uiatores, uid. IACOBVS NICOLAUS  
 LOENSIS *Miscellaneorum Epiphillidum Lib III. c. 25.* uel certami-  
 num arbitri, qui, ne quid rixarum aut tumultus oriretur,  
 sedulo prouidebant, uid. IULIVS POLLVX *Onomast. Lib.  
 III. segm. 145. p. 341. et segm. 153. p. 348.* nec non SVIDAS hac  
 ipsa uoce. Sed ἑσπέρων non dictos esse, quasi ἑσπέρων,  
 exinde contendit SALMASIVS d. l. p. 609. et post eum KV-  
 STERSVS d. l. p. 90. quod ante, quam mos ille τὸ ἑσπέρων  
 aliena carmina natus notusque esset, auctores ipsi ac poe-  
 tae carmina a se composita pronuntiare consueuerunt, uir-  
 gam e lauru manibus tenentes. et quod, quamuis ἑσπέρων  
 omnium esset communis, qui carmina uel sua uel aliena pro-  
 nuntiabant, non tamen, quicumque τὸ ἑσπέρων canebant,  
 erant



erant *ῥαψῳδοὶ*, sed illi soli, qui per *ῥαψῳδίαν* alienis carminibus certabant. Quam exigui autem quamque nullius paene momenti hae sint Virorum alioquin doctissimorum, quibus hanc negant nomini *ῥαψῳδία* originem, caussae, ex iis, quae infra de origine prima rhapsodorum tradentur fusius, elucebit. Nihilo tamen fecius haec se mihi opinio de compositione huius nominis uel ideo non probauit, quod sine dubio scribendum esset *ῥαψῳδός*, non *ῥαψῳδός*, quod nec illi ipsi, qui inter ueteres eam tenuerunt, inficias iuerunt penitus, etiamsi rem ipsam, unde ista deriuatio profuxit, non sit animus in dubium uocare.

## §. III.

Relicta uero illa tradendi originem uocis *ῥαψῳδός* ratione, quae recentiorum Criticorum paucissima, si quidem ulla, tulit suffragia, ad aliam progredimur, cui plerosque ac tantum non omnes, qui hoc in genere ex recentioribus aliquid mandarunt litteris, subscripsisse deprehendo. Ea hoc nomen contendit compositum a *ῥάπτω*, *consuo* et *ᾠδή*, *carmen*, ita quidem, ut rhapsodi appellati sint ii, qui ex sparsis Homericæ poeseos partibus, quas apta serie connectebant, carmen cantandum quasi consuebant, uel qui ex uniuersa Homeri poesi colligebant uersus instituto suo accommodatos, ex quibus quasi centones quosdam conficerent. Iam inter ueteres fuisse quosdam, qui hanc inierint rationem, priscorum Grammaticorum collectores in suis ad poetas Graecos Scholiis passim testantur. Duo in praesenti nobis ad fidem dictis faciendam erunt instar omnium, quorum alter est SCHOLIASTES Pindari Neme. p. 331. Οἱ δὲ Φασι τῆς Ομήρου ποιήσεως μὴ ὑφ' ἐν συνηγμένῃς, σποραδίῃ δὲ ἀλλῶς, καὶ κατὰ μέρος διηρημένῃς, ὅποτε ῥαψῳδοῖεν αὐτῆν, εἰρησῶσι καὶ ῥαψῆ εἰς ἐν ἦγον. alter uero EUSTATHIUS ad Iliad. I. p. 16. Διότι κατὰ μέρος, Φασι, τῆς ποιήσεως διαδιδομένης τὴν συμπάσαν ποιῆσιν ἐπιόντες οἱ ἀδόντες, καὶ τὰ ἐξ ἑκατέρωσ Ομηρικῆς βίβλου συνέῤῥαπτοντες, ὡς ἐβέβλοντο, ῥαψῳδοὶ ἐντεῦθεν προσηγορεύθησαν, et paulc post, Καὶ ῥαψῳδία δὲ ἢ ἐξ ἑκατέρωσ τῶν Ομη-



Ομηρικῶν ποιησῶν συβόλα φέρεται ᾠδῆ, ἀναλόγως τῷ ὑποκειμένῳ  
 πράγματι. Quae quidem sententia reliquis palmam omni-  
 no praeriperet, si iudicio recentiorum maxime Criticorum  
 standum esset, propterea quod plerique eam comproba-  
 runt calculo suo. Ita SALMASIVS *d. l. p. 609. E.* rhapsodos  
 ἀπὸ τῆ ῥάψαι τὴν ᾠδὴν, uel ἀπὸ τῆ τὰ ῥαπτὰ ᾠδῶν appellatos  
 esse censet. quia, quum Homeri poesis antea dispersa esset,  
 et indigesta, ac per partes tantum legeretur, qui primi eam  
 in agonibus et δειξέσι publicis cantare coeperunt, hinc inde  
 partem aliquam sumebant, quam ueluti contexerent, et  
 confuerent. Ita KVSTERVS *d. l. p. 90.* statuit ῥαψωδὸς δι-  
 κτος esse παρὰ τὸ ῥάπτειν ᾠδὴν, quia ex sparsis Homericæ  
 poeseos partibus, quas apta serie connectebant, carmen can-  
 tandum quasi consuebant. Ita SCHMIDIVS *d. l. p. 35.* libros  
 Homericos ῥαψωδιῶν nomen accepisse ait, a ῥάπτω suo, con-  
 suo, et ᾠδῆ, carmen, quasi dicas ex diuersis centonibus con-  
 suta et congesta carmina. Argumenta, quibus hæc sen-  
 tentia a Viris Celeberrimis stabilitur, eo potissimum red-  
 eunt. primum proprie ῥάπτειν sonare, *hiantia componere,*  
*conciliare, et acie concipere.* deinde rhapsodos a PINDARO  
 uocari ῥαπτῶν ἐπῶν αἰοιδὸς *Neme. II, i. seq.*

Ὄδεν περ καὶ Ομηρίδαι

ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόδα αἰοιοὶ ἄρχον

ταὶ Διός,

Vnde sane et Homeridae consuium carminum ut plurimum  
 poetae auspiciantur a Ioue. denique Homeri carmina prius  
 indigesta fuisse, ac dispersa, quæ a rhapsodis publice reci-  
 tanda in ordinem digesta fuerint et quasi consuta. At licet  
 non sit negandum, ῥάπτειν proprie ualere hiantia compo-  
 nere, id tamen simul præclare tenendum esse putamus, eo  
 ipso significato non qualemcunque respici et indicari di-  
 uersarum partium compositionem, sed talem maxime, quæ  
 apta sit serie et secundum artis regulas. Itaque ῥαπτὰ ἐπη  
 apud Pindarum aequè possunt significare, carmina secun-  
 dum artem composita, atque ex diuersis centonibus con-

B 2

gesta.



gesta. quemadmodum *ῥαψοδοὶ ἐπέφοροι*: non solum coronae dicuntur ex uarijs diuersisque floribus nexae, sed etiam, et id quidem in primis, eleganter compositae et ornate confectae. quamuis id non uideatur hic necessarium esse, propterea quod Pindaro sermo est de rhapsodis a Cynaetho oriundis, uid. §. XV. Quando uero carmina Homeri sparsa et ab rhapsodis apta serie coniuncta instituto cuique accommodata fuisse dicuntur, id tantum abest, ut primam nominis originem attingat, ut a Cynaetho demum ortum traxisse censendum sit. Iam quoniam iamdiu ante hunc Cynaethum in usu fuit rhapsodia, de qua re paullo infra, nihil plane ad ueram nominis originem conferre haec argumentandi ratio uideretur. Ceterum dilucidum huius rei exemplum prae se ferre ait EUSTATHIUS d. l. p. 26. Homero-centones, quando, *Τῆς δὲ ποιήτης, inquit, ῥαψωδῶς παρόδονγμα σαφές καὶ οἱ κέντρωνες, τερτίσι τὰ λεγόμενα Ὀμηρόκεντρα. κέντρωνες γὰρ καὶ κεντρίαι λέγονται τὰ ἐκ διαφορῶν χροῶν συνεγείματα εἰς ἓν, οἷς ὁμοιωταί πως τὰ Ὀμηρόκεντρα.* Plura de his Homero-centonibus suppeditabit, in tantum laudandus, in quantum humanitas laudari potest, FABRICIUS *Bibl. Graec. Lib. II, c. 7. p. 355. sq.*

## §. IIII.

Restat, ut tertiam etiam ultimam de origine nominis *ῥαψωδός* opinionem paucis etiam percurramus. nam plures his tribus uel ab antiquis, uel a recentioribus traditi non memini. Quae etsi cum ea, quam proxime euoluimus, hactenus conuenit, qua origo huius uocis in uerbo *ῥάπτω* quaeritur, eo tamen uel maxime ab eadem discrepat, quod hoc ipsum uerbum *ῥάπτω* non accipit eo significato, quo ualet, *bianitia componere*, sed quo est *secundum artis praecepta componere*. Inter ueteres hanc iam habuit sententiam PHILOCHORVS, qui rhapsodos dixit appellatos fuisse a componendis et consuendis carminibus. Sic enim *scholia Pindari, p. 331. Φιλόχορος δὲ ἀπὸ τῆ συντιθέσθαι καὶ ῥάπτειν τὴν ᾠδὴν ἔγω φησὶ αἱ τὲς, ῥαψωδὸς προσκεκληθῆσθαι.* Nec ab hac senten-



sententia alienus est EVSTATHIVS p. 15. Ραψωδία καλῆν-  
ται διὰ τὸ κατὰ συνθήκην τεχνικὴν ἐκτίθεσθαι, εἶον τὴν ἀθῆν. Nam  
quamvis eodem loco reliquas, quas in superioribus perlu-  
strauimus, de hoc nomine eiusque origine sententias pari-  
ratione commemoret, tamen hanc illi prae ceteris placuif-  
se probatamque fuisse, ex duabus potissimum rationibus mi-  
hi uideor contendere posse. Primum enim hanc ipsam  
sententiam primo loco reliquis postpositis affert. deinde,  
quod in recensendis alijs consuevit, non addit ueteres uel  
alios huius esse opinionis, sed simpliciter ait rhapsodiam  
inde dictam esse, quod secundum artis praecepta sit com-  
posita. Atque id ipsum indicasse mihi uidentur SVIDAS et  
PHAVORINVS, quando ῥαψωδῆν interpretantur συνθεῖναι,  
etiamsi nihil adiecerint amplius. Patrocinator huic sen-  
tentiae, quod ἐπίτην in ipso HOMERO saepius inuenitur  
pro *callide excogitare, machinari*. uid. *Odyss. XVI, 422. et 423.*  
nec parum ad illam firmandam facere uidetur, quod non  
CALLIMACHVS solum, uerum etiam HOMERVS ipse ead-  
em metaphora dixerunt μῦθον ὑφαινεῖν. Illius enim a  
Grammaticis hanc in rem affertur fragmentum,

Καὶ τὸν ἐπὶ ῥαψῶδι μῦθον ὑφαινώμενον  
Ἡμεῖς αἰεὶ δαδεδεγμένον,

ubi tamen pro *δεδεγμένον* scribendum iudicat Cel. RICHARD-  
BENTLEIVS *δεδεγμένον*, ac uertit, *comiter accipiens*. uid.  
CALLIMACHVS ex *editione Graeuii p. 372.* Hic uero *Iliad.*  
*III, 212.* canit,

Ἀλλ' ὅτε δὴ μῦθος καὶ μῆδεα πᾶσιν ὑφαινον,  
*sed quum iam uerba et consilia omnibus detexerunt.* Eandem  
translationem imitati sunt Latini, quibus *ducere et texere*  
*carmen* est *carmen eleganter componere, et secundum ar-*  
*tem HORATIVS Serm. I, X, 43.*

*Forte epos acer,*

*Ve nemo, Varius ducit.*

Euolui meretur ERYTHRAEVS in *indice Virgiliano V. de-*  
*ductum,*



*duſum*, ubi de hoc dicendi genere copioſe differit. AVSONIVS *Epigrammat. XXXVIII.*

*Licia qui texunt et carmina, carmina Muſis,  
Licia contribuunt, caſta Minerua, tibi.*

Plura dabit Cl. BROECKHVSIVS *ad Tibull. III. eleg. I. eiusque verſum ultimum.* Denique rem omnem confici eo arbitror, quod ipſa dictio *ῥαίπτειν αἰδήν* hoc ſenſu ab HESIODO uſurpata ab antiquis traditur. Nam uerbis, quae paulo ante adduximus, proxime iungunt SCHOLIA *Pindari p. 331. Δηλοῖ δὲ Ἡσίοδος λέγων,*

*Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὀμηροῦ αἰοῖδοι*

*Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥαίψαντες αἰοῖδήν.*

Hic quum *ῥαίπτειν αἰοῖδήν* nihil aliud, niſi *componere carmen et quidem ſecundum artis praecepta* ſignificare, probe intellexeret CL. SALMASIVS *d. l. p. 609. A.* ſpurios hos uerſus et commentitios eſſe affirmat, hac in primis ratione uſus, quod *ῥαίψιδος* non Homero ſolum, ſed et Hefiodo ſit recentior. Sed falſam eſſe et rationem et ea ſuffultam ſententiam, ex iis, quae mox dicemus, nemini, ut opinor, non apparebit. Duo autem hic in controuerſiam maxime uocantur, quorum alterum eſt, num Homerus et Hefiodus eadem aliquando aetate uixerint, et certamen inter ſe inierint. alterum, an nomen rhapsodi utroque hoc poeta ſit recentius.

### §. V.

De Homeri et Hefiodi aetate tam incerta ſemper fuerunt omnia, ut LVCIANVS *encom. Demofthen. p. 688.* neceſſe habuerit fateri, de Homero locutus, *Καὶ μὴδ' ἴσως πρὸς τὸν Ἡσίοδον εἶχεν ἡλικίαν ſοφῶς εἰδένου,* *Neque ſatis conſtat, utrum Hefiodus ſit antiquior Homero.* Itaque cogitanti mihi de nobiliſſima hac controuerſia, et maxime discrepantes ea de ſententias tam ueterum quam recentiorum memoria colligenti uſque adeo placet PAVSANTIAS, ut parum abſit, quin illius uerbis pro meis in praefenti utar. Ita uero ille *Βοιωτικ. p. 304. uerſ. 28. Περὶ δὲ Ἡσίοδος τε ἡλικίας καὶ Ὀμήρου πολυπραγμοσύνης*



μονήσαντι ἐὶ τὸ ἀκριβέστατον, ἔ μοι γράψεν ἠδὲ ἦν, ἐπισαμένω τὸ  
 Φιλαιτῶν ἄλλων τε καὶ ἐχ' ἤμισα ὅσοι κατ' ἐμὲ ἐπὶ ποίσει τῶν  
 ἐπῶν καθεσθήκεται, De Hesiodi uero et Homeri aetate etsi mihi  
 sunt omnia diligentius conquesta, non est tamen libitum, meam  
 ea de re sententiam explicare, quum scirem et inter superio-  
 rum aetatum homines et inter eos, qui temporibus meis ad  
 rei poeticae studium animum adiecerunt, de hoc ipso conten-  
 tiosus disceptatum. Nam ne antiquis quidem hac de re  
 satis constitisse, cum multa alia declarant, tum id in primis,  
 quod multi non dubitarunt Hesiodum affirmare Homero  
 non aequalem solum, sed etiam aetate superiorem. uid. Cel.  
 FABRICIVS *Bibl. Graec. Lib. I. c. 13. §. 1. p. 85. seq.* alii cum  
 Homero iuniorem defendentibus. uid. praeter SALMA-  
 SIVM KVSTERVS *Histor. Crit. Homer. Sect. I. §. 4. p. 10. sq.* Hic  
 tamen, ut in aliis, qui medium tenuerunt, probandi maxi-  
 me uidentur, quique Hesiodum Homero quidem aequalem,  
 sed annis aliquanto iuniorem fuisse existimant. Satis enim  
 apposite GELLIUS *Noct. Attic. XVII, 21. p. 290.* de Homero  
 et Hesiodo scribit in omnes fere scriptores constitisse, ae-  
 tatem eos egisse uel iisdem fere temporibus, uel Home-  
 rum aliquanto antiquiorem. CL. SALMASIVS quidem *d. I.*  
*p. 608.* hanc constantiam, quam praedicat Gellius, se negat  
 in auctoribus deprehendisse. Verum quoniam, quem Gel-  
 lianae fidei hac in parte opponeret, praeter VELLEIVM  
 PATERCVLVUM habuit, certe nominauit, neminem, ei hoc  
 minus hic tribuendum esse uideatur, quo plures Gellio asen-  
 tiuntur. Namque id confirmat luculentissime certamen  
 illud, quod Hesiodus cum Homero ad exequias Amphida-  
 mantis in Chalcide coram Panide rege, defuncti fratre,  
 inuit. Et licet libellus, qui inscribitur ἀγὼν Ομήρου καὶ Ησίο-  
 δου, quemque suae Homeri editioni praemisit Cl. BARNE-  
 SIVS, post Adriani imperatoris tempora conscriptus, ac  
 totus fortasse confictus sit, tamen de hoc certamine, quod  
 Hesiodo cum Homero intercessit, tot tamque antiqua te-  
 stimonia prostant, ut temerarium quodam modo uideatur,



ea in dubium uocare. Huius enim certaminis clarissimis uerbis meminit LIBANIUS *Apolog. Socratis Opp. Tom. I. p. 653. D. Ηγωνισατό ποτε Ομήρω Ησίοδῳ. καὶ τῷτο αὐτὸς Ησίοδος ἐν ἐπιγρᾶμματι διδάσκει Φιλοτιμῆσαι καὶ λέγων νενικημένοι τὸν Ομηρον, Hesiodus cum Homero aliquando certauit, atque hoc Hesiodus ipse docet in Epigrammate, quo sibi laudi tribuit et praedicat a se uictum Homerum.* In Chalcide certamen hoc fuisse ad exequias Amphidamantis aperte docet PLVTARCHVS *Symposiac. Lib. V. c. 2. p. 675. A. Εν ταῖς ταΦαῖς Ἀμφιδάμαντος τῷ Χαλκιδέως Ομηρον καὶ Ησίοδον ἰσορῶσιν ἔπεισι διαγωνισάσθαι, In exequiis Amphidamantis Chalcidensis ferunt Homerum et Hesiodum carminibus certasse. uid. idem conuiuio septem sapientum p. 153.* Haut scio, an ad hanc rem probandam quicquam faciat gemmae antiquae iconismus, a CEL. ANTONIO FRANCISCO GORIO *Musei Florentini Tom. II. in fine Classis II. p. 100. A. 1732.* Florentiae editi allatus, in quo poeta sedens carmen meditatur coram persona columellae imposita. Nam non solum in hac Classe, quam ista imaguncula claudit, comparent gemmae antiquae, quae Homerum poetarum principem illustrant, et ab eo illustrantur, quia res gestas Heroum ab illo laudatorum repraesentant, uerum etiam in hac ipsa sculptura palmam uasculo insertam Doctiss. GORIVS censet editum poetarum certamen significare. Quae uero carmina uterque in certamine instituto cecinerit, non plane obscure discimus ex PHILOSTRATO *Heroic. c. 18. p. 727. Οτε δὴ ἄσθαι ἄμφω, Ομηρον καὶ Ησίοδον, ἐν Χαλκίδι. τὸν μὲν τὰ ἔπη περὶ τοῖν Αἰάντων, καὶ ὡς αἱ Φάλαγγες αὐτοῖς ἀραρυσαί τε καὶ κατεργασαῖσαν. τὸν δὲ τὰ πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὸν ἑαυτῷ Πέρσῃ, ἐν οἷς αὐτὸν ἔργων τε ἐκέλευεν ἀπτεῖσθαι καὶ γεωργίᾳ προσπέσθαι, ὡς μὴ δεύτο ἐτέρων, μηδὲ πενήσι, Quo tempore in Chalcide Homerus et Hesiodus cecinerunt. unus quidem carmina de utroque Aiaee et ut firmas extiterint ac ualidae utriusque phalanges, alter uero, quae ad Persen fratrem conscripsit, quibus opera cum aggredi praecipit et agrorum culturae incumbere, ut*

ne



ne aliis opus haberet atque esuriret. Nam particulas, quas poetæ auctore Philostrato recitarunt, inuenimus et in HOMERO quidem *Iliad. XV, 300. sqq.* et in HESIODO *Oper. et Dier. uers. 296. seqq.* Praemium in hoc certamine uictori propositum fuit tripus. quem quum Hesiodus iudicio Parnidis, uictoriae testem accepisset, in monte illum Helicone Musis dedicauit hoc epigrammate, quod in *Anthologiae Lib. III. p. 270.* edit. Stephan. legitur, ornatum

Ἡσιόδῳ Μέσσης Ἐλικωνίσι τόνδ' ἀνέθηκες  
 Τριῶν νικήσας ἐν Χαλκίδι Δείον Ὀμηρον.

Ipse profecto HESIODVS et certaminis et tripodis non solum praemii loco accepti, sed et Musis in Helicone consecrati meminit *Oper. et Dier. 654. sq.*

Ἐνθαί μὲ Φημι  
 Τριῶν νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτάωντα  
 Τὸν μὲν ἐγὼ Μέσσης Ἐλικονιάδεος ἀνέθηκα,  
 Vbi me gloriol Carmine uictorem tulisse tripodem auritum,  
 Quem ego quidem Musis Heliconiadibus dicaui. Praeterea ex allato epigrammate non dubium esse dixit MARCVS VARRO Criticorum inter Romanos facile princeps, quin aliquo tempore eodem Homerus et Hesiodus uixerint, et iam si parum constet, uter natus sit prior, teste GELLIO *Noct. Attic. III, u. p. 235.* Sed SALMASIVS *d. l. p. 610.* probabilius esse iudicat, ab Hesiodi amatoribus et admiratoribus haec talia conficta fuisse, qui palmam illi et coronam contra Homerum dare parati erant. At non minus tamen iudice IACOBO GRONOVIO *ad Gellii d. l.* probabile est, contra huiusmodi adulteratores et in primis sacrorum hymnorum falsos uictores industriam Graecam quoque excubare solitam. Nec ueram tenuisse rationem uidetur SALMASIVS, cur Hesiodo primae fuerint in hoc certamine delatae. Neque enim illa fuit, quo Homerum iam aetate prouectum Hesiodus, florens adhuc annis, uicerit. ut Aeschylus senex uictus est a iuvene Sophocle, quae est sententia Cel. FABRICII *Bibl. Graec. Lib. II. c. 8. §. 3. p. 371.* sed

C

quia



quia Pánidi placuit deteriori palmam decernere. Nam id non solum Philostratus loco iam adducto clarissime testatur, uerum etiam prouerbum, Πάνιδος Ψήφος, inde ortum, et de stulte atque inerudite iudicantibus usurpari solitum confirmat. uid. ERASMVVS *Adagior. Chiliad. III. Cent. I. n. 32. p. 547.* Reliquos scriptores, qui huius certaminis mentionem in suis scriptis fecerunt, praeter Doctiss. BARNESIUM loco antea indicato dabit Cel. FABRICIVS *d. l. p. 370.* qui etiam illi argumento, quod a stili simplicitate pro Homero desumitur, more suo iam satisfecit *d. l. Lib. I. c. 13. §. 1. p. 86. seq.* Addatur Cel. CHRISTI. GOTTL. SCHWARZIVS *de certaminibus ueterum poetarum atque oratorum §. 22. p. 26. seq.*

## §. VI.

Explicata, quantum instituti ratio tulit, controuersia de Hesiodi et Homeri aetate et certamine, ad alterum, quod supra indicauimus, momentum accedamus oportet. Quod quum ultimam primamque nominis *ῥαψῳδία* originem attingat, et quaestionem a nemine, quod sciam, adhuc pertractatam, an *ῥαψῳδία* sit recentior Homero et Hesiodo, complectatur, non immerito caput huius, de qua agimus, rei in se continere dicitur. Neque enim quicquam aliud Viris doctissimis toties, ut mea fert opinio, imposuit, nisi uel ignorata, uel, quod malim, neglecta huius nominis antiquitas. SCALIGERO *Poetic. Lib. I. c. 41. p. 45.* rhapsodiae cognomentum Pisistrati opera inuentum uidetur, qui quum Homeri carmina sparsa ac diuisa offendisset atque digessisset, a cantu et futura fecerit, ut *ῥαψῳδία* diceretur, quod qua ratione probari possit, non uideo. Nam etsi Pisistratus Homeri carmina indigesta in ordinem retulisse a ueteribus passim traditur, quod infra docebitur, ab ipso tamen *ῥαψῳδία* uel institutam uel ortam, tacentibus ea de re antiquis, non immerito mihi uideor subdubitare. Ex sententia Grammaticorum ueterum Cynaethus Chius circa LXIX. Olympiadem primus Syraculis carmina Homeri per *ῥαψῳδία* recitauit. Auctor est huius sententiae HIPPO-

STRA-



STRATVS, de quo SCHOLIA Pindari p. 332. Οὐτὸς ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐραβώθησε τὰ Ὀμήρου ἐπι κατὰ τὴν ἔξικοσὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς Ἰππόκράτος Φησιν. Idem tradit EUSTATHIVS Iliad. l. p. 16. Τὸ δὲ ἀπαγγέλλειν τὴν Ὀμήρου ποιήσιν συνεδαδεῖσθαι ἀρχὴν ἐποίησαντο Κύναιθος ὁ ΧΨος. Horum uestigia premens CL. SALMASIVS *ῥαβώθειαν* initium et originem sumfisse ait ab Homeri carminibus, quae primum *ῥαβώθειαν* coeperit Cynaethus. Sed iam SCALIGERO aliquid suboluit ex illis, quos supra rerulimus, uersibus Hesiodi, in quibus se cum Homero carminibus certasse testatur. Nec omni carere dubio haec ipsa opinio uidetur KYSTERO d. l. p. 92. propterea quod iam Solonis tempore rhapsodi fuerunt Athenis. Itaque aut Cynaethum putat non fuisse primum rhapsodum, aut diu ante Olympiadem LXIX. uixisse, quoniam Solon usque ad Olympiadem LIII. tantum Atheniensium reipublicae praefuit, quo tempore Pisistratus dominatum Athenis arripuit. Quod tamen ad has difficultates tollendas Vir eruditissimus afferret, non uidetur habuisse. Vsque adeo fluctuant et inter se dissentiunt Viri Celeberrimi in tradenda prima rhapsodiae origine, ut eorum scriptis legendis conferendisque nihil amplius proficiat lector, quam ut multo discedat, quam accedat, incertior. Nos igitur, ut hanc rem dubitationis salo quasi iactatam in portum subducamus atque in continentem exponamus, quoad eius fieri poterit, contendemus, id in primis acturi, ut demonstremus rhapsodiam una cum *ἑποποιῶν* natam esse, immo cum ea tantum non conuenire.

## §. VII.

Rhapsodiam cum *ἑποποιῶν* conuenire demonstraturis necessarium omnino uidetur esse, quid sit epopoeia, docere. Ea uero iudice CL. IOSEPHO TRAPP in *praelectionibus poeticis* p. 367. est poema narratione expressum, ex historia partim uera, partim ficta constatum, illustrem quandam et felicem actionem uariis ac miris euentibus distinctam dictione sublimi et iucunda representans. Quod ad



genus carminis attinet, quo epopœia conscripta olim fuit, ARISTOTELES *de poetica* c. 1. p. 790. A. testatur ἐν τῷ γένει χρωμένῃ τυγχάνουσαν μέχρι τῆ νῦν, usque ad sua tempora illam uno aliquo metrorum genere usam. Quod quale fuerit, ipse infra cap. 24. p. 814. D. dilucide exponit, ubi de hac ipsa epopœia, Τὸ δὲ μέτρον, inquit, ἡρωικὸν ἀπὸ τῆς πελοπείας ἤρμεσον. εἰ γὰρ τις ἐν ἄλλῳ τῷ μέτρῳ διηγηματικὴν μίμησιν ποιῶτος ἢ ἐν πολλοῖς, ἀπρεπὲς ἀν φαίνοιτο. τὸ γὰρ ἡρωικὸν εἰσιμώτατον καὶ ὀγκωδέστατον τῶν μέτρων ἐστὶ, Metrum autem heroicum ex experientia quadravit. nam si quis aliquo alio metro narratiuam imitationem efficeret, aut multis, indecorum certe appareret. heroicum enim firmissimum et tumidissimum est metrorum. Itaque duo maxime de rhapsodia, si eam ad epopœiam pertinuisse quondam demonstrare uelimus, probanda nobis uidentur. alterum, eam esse διήγησιν, narrationem. id enim de epopœia ARISTOTELES d. l. p. 814. C. affirmat uerbis disertis. alterum, eam genere confectam heroico conscriptamque fuisse. Iam uero ARISTOTELES harum rerum magister optimus in uniuerso *de poetica* libro tria eum primis genera poeseos commemorat epopœiam, tragoediam et comoediam. Necessè est igitur, ut ad unam harum censeatur olim rhapsodia pertinuisse. Ad comoediam autem, sicut scio neminem, qui rhapsodiam retulerit, sic uehementer dubito, an quis tragoediae eam iure sit annumeraturus. Nam praeter cetera in eo differre epopœiam a tragoedia tradit ARISTOTELES d. l. p. 794. B. Τὸ δὲ τὸ μέτρον ἀπλὴν ἔχειν, καὶ ἀπαγγελίαν εἶναι, Quod metrum simplex habet et narratio est. Deinde ipsam rhapsodiam et tragoediam distinguit idem *de arte rhetorica* Lib. III. c. 1. §. 2. p. 419. edit. Cantabrig. Ergo superest, ut epopœiae subiungatur, quod item duobus locis iam commemoratis fecit ARISTOTELES. siquidem utroque loco de epopœia agit et utrobique mentionem iniecit rhapsodiae, quam Chaeremon concinnauit quondam. Qua de re ita d. l. cap. 1. p. 790. D. Ομοίως δὲ καὶ ἐν τῷ ἀπαιτῶν τὰ μέτρα μιμνήσκων ποιῶτον



την μίμησιν, καθάπερ Χαερέμων ἐποίησεν Ἰπποκένταυρον, μικτηὴν  
 ῥαψωδίαν, ἕξ ἀπάντων τῶν μέτρων, ἐκ ἧδὴ καὶ ποιητὴν προσαγο-  
 γευτός, *Similiter etiam, si quis omnia metra miscens non fa-  
 ciat imitationem, quemadmodum Chaeremon fecit Centaurum,  
 mixtam rhapsodiam ex omnibus metris, iam poeta non est ap-  
 pellandus.* In hoc quidem loco SALMASIVS p. 609. E. cen-  
 fet Aristotelem rhapsodiam uocasse carmen ex uario uer-  
 suum genere compositum, ueluti centonem, et exinde pro-  
 bare contendit rhapsodiam esse carmen, ueluti centonem,  
 ex uariis diuersisque confutum. Sed non uidit Vir sum-  
 mus, Aristotelem hoc loco carmen illud Chaeremonis de  
 Centauro uocare non simpliciter ῥαψωδίαν, sed μικτηὴν ῥαψω-  
 δίαν ideo, quod ex diuersis generibus metrorum constitit.  
 Quodsi igitur mixta rhapsodia auctore Aristotele est car-  
 men seu narratio ex uariis metris confarcinata, sequi omni-  
 no uideretur, rhapsodiam per se simplicem, non mixtam,  
 fuisse narrationem uno aliquo genere conscriptam. Alter  
 ARISTOTELIS locus est cap. 24. p. 814. D. ubi de genere  
 heroico epopoeiae, proprio agens de reliquis ita scribit,  
 Περὶ τῆ γὰρ καὶ ἡ διηγηματικὴ μίμησις τῶν ἄλλων. τὸ δὲ ἰαμβικὸν  
 καὶ τετραμέτρον κινητικόν. τὸ μὲν ἄρχησιμὸν. τὸ δὲ πρακτικόν. ἐπι-  
 δὲ ἀτοπώτερον, εἰ μὴ ὅτι τις αὐτὰ, ὡς περ Χαερέμων, *Superuaca-  
 nea enim est narratiua motio aliorum. Iambicum uero et te-  
 trametrum mobilia sunt. hoc quidem ad saluationem accom-  
 modatum, illud uero rebus agendis idoneum. praeterea uero  
 absurdius sit, si quis misceat ipsa, ut Chaeremon.* Ex quo  
 quidem loco manifestum esse censeo, rhapsodiam Centau-  
 rum inscriptam ueram fuisse epopoeiam, in ea uero parum  
 probandam, quod auctor omnibus generibus in ea conscri-  
 benda usus fuit promiscue, eoque rhapsodiam non sim-  
 plicem, sed mixtam constipauit. Quemadmodum igitur  
 nomen ῥαψωδία ab Aristotele pro epopoeia seu narratione  
 genere heroico conscripta usurpatum est, sic et ipsum uer-  
 bum ῥαψωδεῖν apud auctores Graecos significat *carmine he-  
 roico celebrare.* Atqui sic est apud LVCIANVM *dialogis*



*mortuor. p. 296.* ubi Achilles ad Antilochum, qui uiuus infelici uitae gloriolam anteposuerat, ait, *Νῦν δὲ συνήμι ἤδη, ὡς ἐκείνη μὲν ἀνωφελής, ἐκεί δ', τι μάλιστα οἱ ἀνώ βραβυδοῦσσι. μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμομίαια.* *At nunc tandem intelligo, quam ea sit inutilis, etsi sint apud superos, qui quam maxime res praeclare gestas celebrent. mortuorum autem unus est omnium bonus. et idem Toxari p. 38.* *Ἐπεὶ κατὰ γὰρ τὸ πλεονεκτοῦτε ἀν πολλὰς καὶ ἀξιοπύξας μάλιστα τὸ ποιητὰς παρεχόμενοι τὴν Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου Φιλίαν, καὶ τὴν Θησέως καὶ Πειρίθε, καὶ τὴν ἄλλην ἑταιρίαν ἐν καλλιδοῖς ἔπεισι καὶ μέτροις βραβυδοῦστας,* *Postquam ista quidem parte superaueritis, compluribus ac grauibus adductis testibus, nempe poetis, qui Achillis et Patrochi amicitiam, tum Thesei Peritboique, neque non aliorum necessitudinem pulcherrimis uersibus carminibusque cecinerunt. uid. idem Ioue confut. p. 118.* Itaque rhapsodia eadem, quae epopodia. Si quis tamen in nonnullis hanc ab illa distare uelit, nobis quidem non refragantibus discrimen licet aliquod inter utramque constituat, ita quidem, ut epopoeia sit laudatio non unius solum, sed multorum simul. rhapsodia autem unius tantummodo uiri praeclari. id enim indicare aliquo modo uidentur *SCHOLIA Pindari Isthm. III, 63. p. 453.* *Ἐπεὶ καὶ μάλιστα τῆς Ἰλιάδος ἢ Ὀδύσσεια βραβυδοῦσται. καὶ ἡ Ἰλιάς μὲν πολλῶν κοινῶν ἐγκωμίων. ἢ Ὀδύσσεια δὲ μόνῃ Ὀδυσσεύῳ.* Idem quoque confirmari inde uidetur, quod singuli libri poeseos Homericae uocati a priscis fuerunt rhapsodiae, qua de re *EUSTATHIUS p. 16.* *Τὰ Ὀμηρικὰ ἕκαστοι τέσσαρα γεράμματα καὶ βραβυδοῖα ἐλέγοντο, μικραὶ τινες ἔσαι περιπέτεται, ὡς φησὶν οἱ παλαιοί, καὶ μικραὶ ὑποθέσεις. Αἱ δὲ αὐταὶ βραβυδοῖα καὶ ποιήματα ἐκαλεῖντο, ὡς μέση ποιήσις μὲν γὰρ ὅλη βίβλος. ποιήματα δὲ τὸδε γεράμμα ἦγεν ἢ δε ἢ βραβυδοῖα τὸ ἄλφα, τὸ βῆτα κ. τ. λ.* Hoc sentu est praeter *PLUTARCHVM, NEPOTEM, alios, in PHILONE de uita contemplatiua p. 892. A.*

### §. VIII.

Hactenus unum illud momentum, quod scilicet rhapsodia ad epopoeiam eatenus pertineat, quoad est narratio, nisi



nisi nos omnia fallunt, fatis superque dedimus euietum. Nostrium proinde erit, alterum quoque probare, et rhapsodiam genere fuisse heroico quondam conscriptam demonstrare. Genus autem rhapsodiae fuisse heroicum. discimus ex IULIO POLLUCE *Onomast. Lib. IV. segm. 52. p. 373.* ubi haec nomina coniungit proxime ἔπη, ἠρωεῖα, ἐξάμετρα, ραψωδία. Negaturum id ex hoc loco putamus neminem, nisi qui in Polluce hospes est egregie, ac solide ignorat, eum uocabula idem significantia ita collocare, ut unum alterum excipiat. Nec nobis hanc sententiam defendentibus ipse usus, optimus hac etiam in parte magister, apud ueteres profus deficit. Ipsa luce clarior est hac de re locus LVCIANI *Pseudologist. p. 446.* *Ἐν Ἰταλίᾳ δὲ βαβῶν ἠρωικὸν ἐνεῖνο ἐπεκλήθη, ὃ Κικλῶν, ἐπειδὴ ποτὲ καὶ πρὸς αἰρχαίαν παρωσκυῖν παρ' αὐτῶν τὰ τῷ Ὀμήρῳ ραψωδῶσαι καὶ τὴν αἰσχυρῆσαν ἐπεδύμωσαι, Ἀτ in Italia papae heroicum illud Cyclops uocatus es, quod aliquando etiam ad ueterem ornatum iuxta ipsa Homeri poemata uersibus mandare tu quoque iurpiuidinem istam affectasses.* Nam ex uerbis allatis facile perspicitur, ραψωδεῖν hic nihil notare aliud, nisi rem aliquam celebrare uersibus eius generis, cuius sunt Homeri. qui quoniam sunt heroici seu hexametri, quis dubitabit ραψωδεῖν esse uersibus hexametris aliquid commemorare atque celebrare. Neque aliter capiendum hoc uerbum censeo apud ARISTOPHANEM *Eccles. uers. 673. sq. p. 458. edit. Kuster.* ubi Praxagora se urbem esse conditurum dicit instar unius habitationis ita, ut alter in alterius aedes facile ingrediatur, et in ea fora iudicialia et porticus et andronas facturum, tum quaerit Belpyrus,

Τὸ δὲ βῆμα τί σοι χρῆσιμον ἔσται; ΠΡ. τὰς κρατῆρας κατθήσω,  
καὶ τὰς ὑδρίας, καὶ ραψωδεῖν ἔσται ταῖς παιδαγῶσι;  
Τὰς ἀδρείας ἐν τῷ πολέμῳ,

*Tribunal autem ad quid utile erit? PR. illi super imponam crateras, Et aquales, et pueri cantabunt, h. e. uersibus heroicis celebrabunt, Eos, qui in bello fortes fuerunt.* De quo quidem



quidem ritu uetustarum gentium, quo laudes fortium in bello uirorum celebrarunt cantibus, quemque hic tangit Comicus, uideri possunt Cel. IAC. PERIZONIVS in *Animi aduersionibus historicis cap. 6.* et EZECH. SPANHEMIVS ad *Iuliani orationem l. p. 5. sq.* Accedit, quod etiam de ipso Homero uerbum ἑρραβωδῶν hac notione occurrat. AELIVS DIONYSIVS apud *Eustathium p. 736. uersf. 37.* Ομηρῶ ποιητῆς ὢν καὶ ἑρραβωδῶν προσέτεχε ἄλλως τῶ ὄγκῳ. Sic LVCIANVS pro *imaginib. p. 29.* Καὶ γὰρ διαμνημονεύεις εὖ ποιῆσαι τὰ χαριέστατα τῶν ἑρραβωδημένων αὐτῶ, τί σοι ἐκείνο δοκεῖ; Etenim memoriae mandas, quod praeclare facis, elegantissima carmina eius, Homeri, quid tibi uideatur illud? Quid? quod et de Homero et Hesiodo, qui principes sunt carminis inter Graecos hexametris, hoc idem posuit LVCIANVS *Ioue consut. p. 18.* ubi Cymiscus ad Iouem ait, Ἀνέγνωσ γὰρ δήλονότι καὶ σὺ τὰ Ομήρου καὶ Ησίοδος ποιήματα. εἶπε ἔν μοι. εἰ ἀληθῆ ἔστιν, ἃ περὶ τῆς εἰμακμένης καὶ τῶν μοιῶν ἐκείνοι ἑρραβωδήκασιν, Legisti enim aliquando Homeri et Hesiodi poemata. dic ergo mihi, num uera sint ea, quae illi de fato et Parcis cecinerunt? Quocirca quoniam rhapsodia non solum narratio fuit, uerum etiam genere heroico conscripta, et Homero pariter atque Hesiodo tributa, quis negabit, rhapsodiam pertinere ad epopoeiam et cum ea conuenire?

## §. IX.

His probe consideratis, unicuique facile erit iudicatu, de origine ipsius nominis ἑρραβωδῶν, primaque eius ac propria significatione. Quae uti nulla est alia, nisi *carmen heroicum conscribere, carmine hexametro celebrare*, sic omnes illos, qui originem eius inde arcessunt, quod a uirga laurina dicatur, uel ab eo, quod est hiantia consuere, a uero quam longissime abfuisse, nullo negotio intelligitur. Nam dubium nobis quidem est nullum, quin ea sit genuina ac germana huius nominis deriuandi ratio, qua sonat secundum artis praecepta carmen componere. Equidem non sum nescius, ex CL. SALMASII et LVD. KVSTERI opinione



nione huic sententiae obstare maxime, quod hac ratione poetae quilibet, non epici tantum, sed tragici quoque, comici reliquique rhapsodi dici possent. Sed nihil hoc dubium ualere ex eo perspicitur, quod *ῥαψωδία* et *ῥαψωδῆς*, constanti, quantum scio, usu ueterum de carmine heroico, quod tragoediae et comoediae non conuenit, usurpatur. Itaque si usu ueterum hic standum est, standum autem esse nemo, opinor, inficiabitur, non possumus ex iis, quae haecenus disputata fuerunt copiosius, non affirmare, rhapsodiam ad solos narrationis genere hexametro conscriptae auctores, non aequae uero ad reliqua poetarum genera spectare. Nec alia de causa plerique ueteres teste *EUSTATHIO* p. 16, τὴν τε ὅλην Ὀμηρικὴν ποιήσιν ῥαψωδῖαν dixerunt, nisi quod fuit carmen ad artis praecepta compositum, idque genere heroico, quod iterum Viri, contra quos differimus, celeberrimi, inuita antiquitate ac refragante ueterum usu, negant. Quamobrem primam arbitramur maximeque propriam *ῥαψωδῆς* notionem, qua est carmine heroico personam uel rem aliquam commemorare et celebrare, proprieque esse *ῥαψωδῖαν* carmen genere heroico de laudibus alicuius concinnatum. Dubius aliquando haesi, an *ῥαψωδός* dicatur ab antiquis ille, qui carmina componit. sed omni me dubitatione liberauit *SOPHOCLES*, qui sine ullo dubio nomen hoc eiusmodi sensu adhibuit *Oedip. Tyr. uers. 399*, de Sphinge,

Πῶς ἐχ' ὄφ' ἡ ῥαψωδός ἐκδάσ' ἦν κύνων,

*Quare tunc, quum adesset sphinx, quae carmina componebat.* Atque ab hac germana horum nominum significatione altera illa dimanauit, qua de recitatione carminum haec eadem nomina inueniuntur. Nam et *SALMASIUS* et *KYSTERVS*, licet nostrae sententiae omni contentione aduersentur, et hac ratione sua ipsorum uineta caedere uideantur, largiuntur, ipsos poetas carmina sua primis temporibus recitasse. Ac ne id cui de rhapsodia dubium uideatur, afferam locum luculentissimum *ARISTOTELIS*, qui est *de arte rhetorica Lib. III, c. 1, §. 2. p. 419, edit. Cantabrig.* Καὶ γὰρ εἰς τὴν

D

τρεῖς



τραγικὴν καὶ ῥαψωδίαν ἄλλ' ἀπὸ ποιητῶν ἢ ὑπόκριταις. ὑπερβίνοντο γὰρ αὐτοὶ τραγῳδῶν οἱ ποιηταὶ τὸ πρῶτον, nam actio in poesi tragicam et rhapsodiam non nisi sero deuenit. etenim primis temporibus nondum histriones erant, sed poetae suas ipsi in scena tragœdias agebant. Deinde uerbum ῥαψωδῶν etiam reperitur de eo, qui sua ipsius scripta recitat. LVCIANVS de mercede conductis p. 475, Ἦν δὲ ποιητὸς αὐτὸς ἢ συγγραφεὺς ὁ πλεῖστος ἢ ποιῶν τὸ δέπνον τὰ αὐτῶ ῥαψωδῶν, si diues ipse aut poeseos fuerit aut historiae scriptor, qui sua scripta recitet in conuiuio. Denique eodem hoc sensu de ipso Homero uerbum nostrum adhibuit idem LVCIANVS Contempl. p. 347, ubi de illo ad Mercurium sic ait Charon, Ἐγὼ δὲ ὅποτε διεπόρθευμενον αὐτὸν ἀποθανόντα, πολλὰ ῥαψωδῶντος ἀκρόσας, ἐνίαν ἐτι μέρωμεν, At ego quum illum uita functum traicerem, multa canentem audiri, quorum nonnulla etiam nunc memini.

## §. X.

Quo in loco quoniam Homerus expresse dicitur carmina sua ῥαψωδῆσαι, recitasse, ad illustrem illam delabimur quaestionem, an Homerus et Hesiodus dici possint rhapsodi, quam SALMASIUS et RVSTERVS negant subinde ac pernegant. Nos uero eandem pace tantorum Virorum affirmare minus dubitamus. Nam si priori sensu, quem maxime proprium esse paullo ante docuimus, sumatur rhapsodus, quo illum denotat, qui carmen et id quidem hexametrum componit secundum artis praecepta, neminem existimamus amplius fore, qui id non sit ex antea dictis nobis cum confirmaturus. At dubium fortasse nonnullis uideri possit, an posteriori significato, quo rhapsodus is est, qui carmina a se composita recitat publice, Homerus iuxta atque Hesiodus uocari queant rhapsodi. Ne quid igitur hac etiam in parte nostro defuisse officio uideamur, operam pro uirili iam nunc dabimus. De utroque poeta id iam aliquo modo constare arbitramur ex iis, quae supra de certamine Homeri et Hesiodi retulimus. quod cum contra tot antiquitatis testimonia non sit temere negandum, tum manifeste prodit, utrumque



que poetam iam tunc carmina sua recitasse. Interim de utroque, ut res eo clarior fiat, pauca dicemus sigillatim. Quod quidem ad Hesiodum attinet, iam N I C O C L E S Grammaticus eum rhapsodum fuisse, illumque primum, affirmavit. de quo SCHOLIA Pindari Nem. p. 331, *Ραψωδία δὲ Φησι πρῶτον τὸν Ησίοδον Νικολῆς*. Ex his uerbis nonnulli probare uoluerunt, Hesiodum ante Homerum iam carmina sua recitasse, adeoque antiquiorem aliquot annis fuisse. uid. Cel. FABRICIUS *Bibl. Graec. Lib. I, c. 13, §. 1, p. 83.* id quod recte fiat an perperam, iam non interpretor. Interim Hesiodum carmina sua pro concione publica recitasse, ex eo est exploratum, quod ipse ASCRAEVS *Oper. et. diu. uers. 654. seq.* se in certamine publico certasse atque carmine uicisse memoret. Homerum uero carmina a se composita publice recitasse, non solum ex Herodoto et Plutarcho, spuris licet uitae Homericæ auctoribus, sed etiam ex SVIDA clarissime constat, qui *Tom. II. p. 682,* ita de Homero, *Αὐτὸς μὲν ἐκάστην ῥαψωδίαν γράψας καὶ ἐπιδείξας ἐν ταῖς περιουσίαις τὰς πόλεις τροφῆς ἐνεκεν ἀπέλειπεν.* et p. 689, *Οὗτος παρραχημάζων ἐν τῇ Σάμῳ καὶ προσπορευόμενος εἰς τὰς ἀγέρας τῶν ἐπιφανεστάτων ἐλάμβανέ τι αἰείδων τὰ ἔπη ταῦτα, ἃ καλεῖται Εἰρησιόνη.* quae ipsa etiam tradit Pseudo-Herodotus p. 568. edit. Gron. Qui quidem loci tam aperte demonstrant Homerum rhapsodum fuisse, hoc est, carmina sua recitasse, ut nullus dubitandi locus relinquatur. Non haec plane sunt prisca inaudita, etiamsi a nemine adhuc obseruata, sed iam inter ueteres fuerunt, qui Homerum crediderunt sua carmina per rhapsodiam pronuntiasse. Manifesto sunt huic rei indicio SCHOLIA Pindari *Isthm. III, 63, p. 453,* ubi de Homero, qui Pindaro auctore *d. l. κατὰ ῥάβδος ἔφρασεν,* ita, *τὸ δὲ κατὰ ῥάβδον, οἱ μὲν ἀντι τῆ κατὰ ῥαψωδίαν, καὶ κατὰ ῥάβδον ἔφρασε, τετέστιν ῥαψωδῆσεν.* Equidem pro certo affirmare non auiam, iam tempore Homeri nomen *ῥαψωδός* inualuisse. Id tamen haut dubitans confirmare possum, sin minus eadem, qua poetarum parens uixit, tempestate, non multo tamen post in usu esse coepisse. quod





fatis euidenter indicant SCHOLIA ANTIQV A *Sophoclis p. 73.*  
 Τὸ δὲ ὄνομά τε *καὶ* κατὰ Ὀμηρον, ἢ μετὰ Ὀμηρον ἦν. Miror  
 omnino, qui factum sit, ut nec Salmasius nec Kusterus hunc  
 locum annotauerint, quum tamen eundem repetierit SV-  
 DAS *Tom. III, p. 524.*

## §. XI.

Atque haec uia nemini adhuc, quod praefiscine  
 dixerim, trita ultimam rhapsodiae originem, quantum licuit  
 per ingenii modulum, indagauim. Omnes enim, qui hoc in  
 genere aliquid commentati sunt, quosque mihi darum fuit  
 euoluere, de rhapsodis haec uia egerunt, quoad recitato-  
 res sunt non suorum, sed alienorum carminum. de quibus  
 nunc eo facilius nobis erit quasi decursus, quod ignorata  
 uel neglecta eorum origine uera eorundem ratio tradi uix  
 potuisse uidetur. Initium autem rhapsodi, carminis ab aliis  
 genere heroico confecti recitatores, ab ipsis poetis epicis  
 summissis putandi sunt. Nam quemadmodum tragoedi et  
 comoedi proprie non ii erant, qui aliorum tragoedias et co-  
 moedias agebant in theatris, sed potius ipsi poetae, qui tra-  
 goedias et comoedias a se domi compositas primis tempo-  
 ribus in publico recitabant, sic eandem esse rationem rhapso-  
 diae non est, quod dubitemus. praesertim quum ipsi poe-  
 tae epici, quod antea demonstratum fuit, sua carmina ab  
 initio recitauerint. Quando uero alieni carminis hexame-  
 tri recitatores orti sint, et ubi primum instituti, non est adeo  
 in aprico. Si ueterum Grammaticorum opinione acquiescen-  
 dum est, Cynaethus quidam, natione Chius, primus fuit, qui  
 aliena carmina Syraculis per rhapsodiam recitauit. Ita enim  
 SCHOLIASTES *Pindari p. 331.* Οὗτος ὁ Κύναιος πρῶτος ἐν Συρα-  
 κῆσιν ἐραβλόησε τὰ Ὀμήρου ἐπηκτὰ τὴν ἑξήκοσθην ἐνάτην Ὀλυμ-  
 πιάδα, ὡς Ἰππόκράτης φησὶν. quod ipsum etiam EUSTATHIVS  
*p. 16,* tradit, Τὸ δὲ ἀπαγγέλλειν τὴν Ὀμήρου ποίησιν σκεδαδιῶσαν  
 ἀρχὴν ἐποίησεν Κύναιος ὁ Χίος. Atque hos sine ulla quidem  
 dubitatione, sed in considerate nimis, si quid iudico, sequun-  
 tur Viri doctissimi SALMASIVS et KUSTERSVS. Etenim  
 quo



quo minus ego huic sententiae calculum album addere, id potissimum obstat, quod iamdiu ante Olympiadem LXIX. Homeri in primis carmina ab aliis recitata publice fuerunt. Nostra sententia statim post Homeri excessum eius carmina, quia in genere heroico et epopoeia erant primaria, ab aliis recitari in conuentibus coeperunt. Nam LYCVRGVS in oratione aduersus Leocratem testis est, iam ante sua tempora ex maiorum instituto carmina Homeri recitari solita. Οὕτω γὰρ, inquit pag. m. 165, ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες, σπευδῶν ἐναι ποιητήν, Ομηρον, ὡς νόμον ἔθεντο κατ' ἐκείνην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνε τῶν ἄλλων ποιητῶν βαρβαροῦσθαι τὰ ἔπη, Sic enim putarunt patres nostri, diligentem et honestum esse poetam, Homerum. itaque legem sanxerunt, per singula quinquennia Panathenaeorum festo solius huius prae alii omnibus poetae carmina esse concinenda. Atqui Lycurgus, etsi Homero minus uidetur aequalis fuisse, non multo tamen iunior fuit, quippe qui et ipse ante Olympiadem primam uixerit. Praeterea Solon, qui usque ad Olympiadem LIII. tantum reipublicae Atheniensium praefuit, iam praecipit carmina Homeri publice recitari. Sic enim DIOGENES LAERTIVS Lib. I, segm. 57, p. 35. de eo, Τά τε Ομήρου, inquit, ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε βαρβαροῦσθαι, ὅσον ὅτι οὗτος ὁ πρῶτος ἐλήξεν, ἐκείθεν ἀρχεῖσθαι τὸν ἐχόμενον. μᾶλλον ἔν Σόλων Ομηρον ἐφώτισεν ἢ Πεισιστρατος, ὡς Φησι Διευχίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν, Homeri poemata ut ordine resarcuerunt, scripsit, ut esset sensuum versuumque consequentia. magis ergo Solon, quam Pisistratus, Homerum illustrauit, ut in quinto Megaricorum Dieuchidas ait. Qui locus quemadmodum ab interprete Latino per quam obscure redditus est, sic recte iam est a Viris doctissimis, qui in illum commentati sunt, uel ex PLATONE expositus. Is enim Hipparcho p. 512. B. Os, de Hipparcho scribit, τῶν Πεισιστράτους παίδων πρῶτος καὶ σφώτατος, ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σφίσις ἀπεδείξατο, καὶ τὰ τῶ Ομήρου πρῶτος ἐνόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνί. καὶ ἠνάγκασε τοὺς βαρβαροῦσθαι Παναθηναίαις ἐξ ὑποβολῆς ἐφεξῆς αὐτὰ ἀνεῖναι, ὡς περὶ τῶν οὐδὲ ποιῶσι,



πρώτος, Hipparchus filiorum Pisistrati natu maximus et sapientissimus cum multa alia praeclara sapientiae exempla edidit, tum etiam Homeri libros in hanc regionem primus inuexit, et recitatores impulit, ut Panathenaeis alternis et ordine pronuntiarent, quod usque ad haec tempora obseruant. Cum ergo non Lycurgus solum et Solon, sed etiam ipse hic Hipparchus Pisistrati filius Cynaetho fuit antiquior, utpote qui Olympiade LXIII. occisus est, tum duo cum primis ex allatis auctororum testimoniis nascuntur dubia, paullo effusius diluenda. Primum enim quaeritur, quis Homeri carmina primus in Graeciam attulerit. deinde qua ratione Solon maiore in luce Homerum dicatur posuisse, quam Pisistratus.

## §. XII.

Quis primus in Graeciam Homeri poësin inuexerit, duplici omnino ratione traditum reperimus. Plato enim in loco modo adducto id Hipparcho tribuit Pisistrati filio. cuius uestigia legens AELIANVS *V. H. VIII, 2, p. 524.* scribit, *Ἰππάρχος ὁ Πεισιστράτεος πῶς πρεσβύτατος ἂν τῶν Πεισιστράτεος καὶ Σεφάρατος ἦν τῶν Ἀθηναίων, ἔτος καὶ τὰ Ὀμήρου ἐπη ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τὰς ἑσφράδας τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ἀδῆν, Hipparchus Pisistrati filius, quum esset natu maximus inter filios Pisistrati, etiam Atheniensium erat sapientissimus, ille uero et Homeri carmina primus attulit Athenas, coegitque rhapsodos ea in communi Atheniensium festo canere. At idem tamen AELIANVS alio loco idem adscribit Lycurgo Lacedaemonio. Sic enim *V. H. XIII, 14, p. 871.* *Ὀψὲ δὲ Δουκῆργος ὁ Λακεδαιμόνιος ἀφ᾽ Ἰωνίας πρῶτος εἰς τὴν Ἑλλάδα ἐκόμισε τὴν Ὀμήρου ποιήσιν. τὸ δὲ ἀγῶγιμον τῆτο ἐξ Ἰωνίας, ἠνίκα ἀπεδημήσεν, ἤγαγεν. Sero autem Lycurgus Lacedaemonius uniuersam Homeri poësin primus in Graeciam importauit. eam autem mercem secum ex Ionia, quum peregrinaretur, retulit. Vid. ad hunc locum SCOFFERVS ET KVHNIVS. Idem refert PLVTARCHVS, additque in Ionia a posteris Cleophyli, quem nonnulli generum Homeri aiunt fuisse, illum haec carmina accepisse. siquidem in *vita Lycurgi p. 41.* scribit, *Ἐκεῖ, in Ionia,***



δὲ καὶ τοῖς Ομήρῳ ποιήμασιν ἐπιτυχῶν πρῶτον, ὡς ἔοικε, παρὰ τοῖς ἐκγόνοις Κλεοφύλῃ διατηρημένοις, καὶ κατ' ἰδίαν ἐν αὐτοῖς τῆς πρὸς ἠδονῆν καὶ ἀκρασίαν διατριβῆς τὸ πολιτικὸν καὶ παιδευτικὸν ἐν ἐλάττωτος ἀξίον σπευδῆς ἀναμεμιγμένον ἐγράψατο προθύμως, καὶ συνήγαγεν ὡς δευρακομῶν. ἢ γὰρ τις ἤδη δόξα τῶν ἐπιῶν ἀμεινῶν παρὰ τοῖς Ἑλλησιν. ἐκείνην δὲ ἔ πολλοὶ μέρη τινὰ σπορέδην τῆς ποιήσεως, ὡς ἔτυχε, διαφερομένης. γινώσκων δὲ αὐτὴν καὶ μάλιστα πρῶτος ἐποίησε Λυκῆργος, *Ibi in Ionia, quum legisset primum, ut arbitror, uersus Homeri, qui apud Cleophyli posteros asseruabantur, ubi animaduertit dispersam in iis non minorem oblectamento illecebrarum et crapulae ciuilem prudentiam eruditio-nemque, descripsit consarcinauitque eos ad deferendum domum strenue. iam enim obscurum quoddam apud Graecos illius poematis erat nomen, et rari fragmenta habebant, quae sparsim et incondite circumferebantur. primus autem omnium uulgauit ea Lycurgus.* Sed de utroque id dubium uideri potest. nam quum ipse Lycurgus testetur, ut audiuius, iam ante sua tempora Homeri carmina recitata fuisse, quomodo ille primus fuit, qui ea in Graeciam apportauit? quod tamen facile explicari potest. Fuerunt scilicet iam ante Lycurgum carmina Homeri in Graecia, sed nec uniuersa nec ordine disposita. id quod ex Plutarchi loco perspicuum est. quae uero quum ille a Cleophyli posteris integra accepisset, omnino primus ea uniuersa et digesta in Graeciam importauit. atque id confirmat locus Aeliani. Quod quum ita sit, non tamen Hipparcho primam prorsus adimit Homeri carmina inueniendi gloriam. Nam nec Plato affirmat nec Aelianus, ab Hipparcho primum in Graeciam allata fuisse carmina Homeri, sed ille scribit in regionem Atticam, hic uero Athenas. Itaque Lycurgus omnium primus haec carmina in Graeciam, quatenus etiam Peloponnesum in se complectitur, Hipparchus uero in Atticam et Athenas omnium primus importauit. Sed quo iure Hipparchus primus fuisse dicatur, qui poesi in Homericam in regionem Atticam et Athenas inuexerit, multo obscurius uidetur esse. Etenim iam Solo-



Solonis tempore ea Athenis non fuit solum, uerum etiam ex eiusdem Solonis praescripto publice recitata, ut ex Laetio iam exposuimus. Accedit, quod Pisistratus huius Hipparchi pater, Homeri libros antea confusos sic disposuisse fertur, ut nunc habemus. Vario diuersoque modo Viri eruditissimi auctores adductos inter se conciliare studuerunt. IOANNES SCHEFFERVS *ad Aeliani V. H. VIII, 2, p. 524.* ita rem componit, ut dicat, Hipparchum, quum Homeri carmina antea tantum penes se haberet, primum ea in lucem misisse, primum publicae et ciuitatis Atheniensium lucis fecisse, ac praecepisse ea, quum antea ipse solus cum fratribus priuatim tractaret, nunc publice decantari, ut ex iis integra ciuitas institui, meliorque reddi posset. Sed iam IACOBVS PERIZONIUS hanc sententiam ad eundem Aeliani locum notauit, quod hoc profecto non sit *κομίζεν Αθήνας καὶ εἰς ταύτην γῆν.* Ipso igitur iudice Hipparchus, uiuo Pisistrato, cuius filiorum ille fuit natu maximus, et ante mortem patris iam aetate prouectus, carmina Homeri primum Athenas attulit. ea dein pater digessit in Iliada et Odysseam, filius uero postea rhapsodis dedit cantanda. quando uero Solon iam sanxisse dicitur, ut carmina Homeri recitarentur, forte, eodem auctore, quod ab Solone iam factum erat, sublatum mox fuit, seu carmina illa Homeri statim post Solonem ex usu hominum intercidisse per tumultus ciuiles, per quos saepe eiectus, saepe restitutus fuit Pisistratus, atque ita sene iam Pisistrato, huius filius Hipparchus inuenit ea denuo et attulit Athenas. primus autem, quia dein ex eius demum instituto, ut cantarentur Panathenaeis, in perpetuo ibi manserunt usu. LVDOLPHVS KVSTERVS *Histor. Critica Homeri p. 82.* ita, ut supra allegati auctores inter se concilientur, distinguendum censet. primum Solonem occasionem prae-buisse aliis digerendae Homeri poeseos, dum eam ἐξ ὑποβόλης recitari iusserit a rhapsodis. Pisistratum deinde collectis omnibus, quas quidem nancisci poterat, rhapsodiis, accuratius earum inter se ordinem examinasse, et primum quodam



dam Iliadis et Odysseae corpus exhibere coepisse. Hipparchum denique eius filium poësin Homericam rhapsodiis quibusdam, quæ antea desiderabantur, a se repertis auxisse, totique operi colophonem imposuisse. Cel. FABRICIVS *Bibl. Graec. Lib. II, c. 2, §. II, p. 271*, propterea forte existimat Hipparcho idem, quod Pisistrato et Soloni, ueteres scriptores tribuisse, quod coeptam auspiciis parentis sui operam profecutus fuerit, et Solonis legem confirmauerit. Praestaret forsitan in hoc negotio multis omnino scrupulis implicito AEGIDIVM MENAGIVM imitari, qui *in observationibus ad Laertium p. 34, In re*, inquit, *tam obscura et difficili sedv egi.* Interim tamen quoniam et nobis ius censendi esse credimus, rem omnem, saluis summorum Virorum cogitatis, ita componendam coniectamur potius, quam arbitramur. Concedimus omnino iam Solonis tempore atque etiam ante Homeri carmina Athenis fuisse, ita tamen, ut nec integra, nec suo quaque loco posita, sed particulae quaedam, sicut etiam ante Lycurgum in Peloponneso, teste Plutarcho, habebantur. de quibus dilucide satis exponit AELIANVS *V. H. XIII, 14, p. 368. sqq.* Has particulas per Solonis institutum in ordinem quandam redactas postea in totidem libros, quot nunc habemus, Pisistratus forte diuisit. Hipparchus uero uniuersam denique Homeri poësin ex Peloponneso forsitan in Atticam secum attulit, quemadmodum Lycurgus in Peloponnesum, adeoque primus integra Homeri carmina Athenas deportauit.

## §. XIII.

Vt uero, quod alterum est dubium, uberius cognoscamus, cur Solon a Dieuchida dicatur Homerum in maiori luce, quam Pisistratus, collocasse, breui docendum est, quid uterque horum praestiterit Homeri carminibus. Solonis quidem promeritum in diuinum uatem id esse, auctore Laertio, traditur, quod lege praescripsit Homeri carmina ordine recitari, ita, ut, ubi prior desisset, inde, qui sequeretur, inciperet. Pisistratus autem primus Homeri libros, ut CICERO

E

de



de Oratore III, 34, ait, confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. Idem testantur scriptores bene multi, iique satis assidui, PAUSANIAS *Achaic. p. 41*, AELIANVS *V. H. XIII, 14*, SVIDAS, EVSTATHIVS alii, quos AEG. MENAGIVS *ad Laertium p. 34*. et SCHEFFERVVS *ad Aeliani d. l.* appellarunt. Fateor hanc sententiam suis premi difficultatibus, ueraque esse, quae SAMVEL CLARKE, Homeri interpretres, si quisquam, praestantissimus in elegantissima *Iliadis* editione *Volum. I, p. 1*, hac de re scripsit. *In utroque, inquit, poemate a capite ad calcem tam sunt apta et connexa omnia, in Odyssaea adeo una ubique est perpetua narratio. in Iliade singulis in libris, singulis fere in paginis, quaecumque pugnetur pugna, quaecumque res narretur, tam singulari tamen artificio interseritur et ubique spectatur Achilles, ut plane nullo modo fieri possit, quin uno consilio totum conscriptum fuerit poema.* Interim tamen ob totius fere antiquitatis consensum concedendum uidetur, ipsum quidem Homerum conscripsisse una serie omnes utriusque poematis libros, posterisque suis perpetuos nec dispersos reliquisse, sed uiuum non nisi cantilenas, quas in oppidis uictus gratia cantauit, dispersas edidisse. Has Homericæ carminis partes hinc inde dispersas in libros, ut nunc sunt, distinxit Pisistratus. Iam uero quaeritur, cur iudice Dieuchida Solon, qui ἐξ ὑπεβολῆς iussit carmina Homeri recitari, Homerum μᾶλλον ἐφάρτιος, in maiori luce posuerit, quam Pisistratus, qui eius libros antea confusos in ordinem rededit ac disposuit. ISAACVS CASAVEBONVS *ad Diogenem p. 36*, ita hoc dubium soluit, ut dicat illustrius esse id, quod lege decernitur, quodque publice fit, id quod Solon fecit, quam quod et priuatim et ab uno, scilicet Pisistrato. Eiusdem est sententiae KVSTERVS *d. l. p. 83*. Magis tamen, ne quid dissimulem, placet LEONIS ALLATHI sententia, qui *de patria Homeri cap. 5. p. 1767, Tom. X Gronou.* rem ita dirimit. *Quum ante Solonem, inquit, omnia Homeri carmina confusa et sine ordine apud plerosque palarent, nec eorum series sine labore et acri iudicio excogitari posset, recitatio*



ratio illa ἐξ ἑπιβολῆς siue ἐξ ἑπινοίας id effecit, uti eorum  
 restus ordo haberetur. haec ita ad auctoris mentem digesta Pisi-  
 stratus postea diuisit in libros, quare maius Homericæ poesi,  
 quæ obscura et confusa tantum non contemptui erat, ex Solo-  
 nis studio lumen, quum tunc clara apertaue per ora uirum  
 uagari coeperit, quam ex Pisistrati labore, accessisse uidetur.  
 Nec profecto multum abest, quin uerbum *Ποιητῶν* apud  
 Laetium accipiam non tam de gloria et fama, quam ex So-  
 lonis instituto consecutus fuerit Homerus, quam de faciliori  
 eius carmina intelligendi ratione. propterea quod ille plus  
 omnino carmini rite interpretando confert, qui illud disper-  
 sum in ordinem redigit, quam qui iam in ordinem reda-  
 ctum in libros distinguit. siquidem illud intelligentiæ, quæ  
 apta uersum connexionem plurimum nititur, hoc uero con-  
 moditati in euoluendo inseruire uidetur. Omnium autem  
 minime probare possumus, quæ *Cel. FABRICIVS Bibl. Graec.*  
*Lib. II, c. 2, §. II, p. 279.* tradit, quasi Solon lege abrogasset  
 malum morem rhapsodorum poemata Homericæ canendo  
 mire confundentium et suos subinde uersus Homericis  
 affuentium. Nam cum nondum probatum sit, morem hinc  
 inde aliquid ex Homeri poesi decerpendi, et ita consutum  
 eanendi iam ante Solonem in usu fuisse, tum ad Cynaethum,  
 qui Solone fuit iunior, a Viro Celeberrimo frustra hac in  
 parte prouocatum fuisse, nemo non intelliget.

## §. XIII.

Quibus de caussis extra controuersiam esse putamus,  
 multo ante Cynaethum carmina Homeri ab aliis recitata  
 fuisse. Fecerunt id, si Grammaticis antiquis fides est habenda,  
 ipsi Homeri posterii, qui Homeridae ideo appellari fue-  
 runt. Hos fuisse posteros ipsius poetae ex STRABONE *Lib.*  
*XIII, p. 608.* discimus. *Ἀμφισπύροισι δὲ καὶ Ομήγεσι Χίωι μαεστρί-  
 γων περὶ τὰς Ομηρίδας καλεσθέντες, Chii etiam de Homero ambi-  
 gunt, atque eos in testimonium adducunt, qui Homeridae uo-  
 cantur, ab illius genere profectos.* Atque hos Homeridas per  
 successionem ab Homero quasi hereditate acceptam ipsius



carmina recitasse clarissime docent SCHOLIA *Pindari p. 331*, Ομηρίδους ἔλεγον τὸ μὲν ἀρχαῖον τὸς ἀπὸ τῆς Ομήρου γένος, οἱ καὶ τὴν ποιήσιν αὐτῆ ἐκ διαδοχῆς ἤδον. De his Homeridis capientus uidetur ISOCRATES *Helen. laudat. p. 518*, λέγουσι δὲ τινες καὶ τῶν Ομηρίδων, ὡς ἐπιτάσσει νυκτὸς Ομήρου προεσάζουσι ποιῆν περὶ τῶν στρατευομένων ἐπὶ Τροίαν, *Quin etiam Homeridarum quidam aiunt, eam noctu Homero astuisse ac mandasse, ut de iis scriberet, qui ad Troiam militassent.* In eandem sententiam scribit SVIDAS *Tom. II, p. 681*, Ομηρίδαι οἱ τὰ Ομήρου ὑποκρινόμενοι. οἱ δὲ γένος ἀπὸ τῆς ποιητῆς ἀνομασμένον ἐν Χίῳ. qui tamen aliam mox addit originis rationem, quando sic pergit, Ἄλλοι δὲ φασὶν ἀμαρτάνειν τὸς ἔτω νομιζοντας. ἀνομασίαι γὰρ ἀπὸ τῶν ὀμηρῶν. ἐπεὶ αἱ γυναῖκες ποτε τῶν Χίων ἐν Διονυσίοις παραφρονήσασαι εἰς μάχην ἤλθον τοῖς ἀνδράσι, καὶ δόντες ἀπλήεις ὄμηρα νυμφίαις καὶ ὑμφοῖς ἐπέουσάντο. ὧν τὸς ἀπογόνους Ομηρίδαις λέγουσιν. *Quemadmodum igitur posteri Homeri, qui post mortem eius carmina parentis hereditario quasi iure quodam recitabant, dicti fuerunt Homeridae, sic et ipsi libri Homeri non solum rhapsodiae, sed et Homeridae uocati fuerunt.* Huc enim spectat HESYCHIVS, Ομηρεΐδαι, αἱ ξενοφῶδιαι. locus sine dubio est corruptus, et pro Ομηρεΐδαι legendum Ομηριδεΐαι. Inde lux omnino affunditur loco PLAVTINO, qui Criticorum ingenia mirifice exercuit. est ille *Truculent. Act. II, scen. VII, uers. 3. sq.*

*Scio ego multos memorauisse milites mendacium,  
Et Homeroidae poetillae mille memorari potest,  
Qui et conuicti et damnati falsis de pugnis fiunt.*

Ita edidit FRIDERICVS TAVEMANNVS. ALCIATVS legi uult *Et Homeroida poetilla de illis memorari potest*, ita quidem, ut Plautus τὸ πρότερον militis indocti seruauerit, qui Homeroida poetilla pro Homericō poemate barbāre pronuntiauerit. Editio Parisina exhibet, *Et Homeri Iliada et Odyssaeam illi memorari possunt.* CAMERARIVS ET PAREVS, *Et Homeroidam et post illa mille cel.* Mihi locus sic legendus uidetur, *Et Homeridae post illa mille memorari potest.* Nam quum  
de



de gloriacione militum, sua facta nimis iactantium, in adducto loco sit fermo, per Homeridas Comicus intelligere uideatur narrationes pugnarum, quae uel nunquam pugnae sunt, uel certe maiore, quam merentur, uerborum apparatu extolluntur, quales in Homeri rhapsodiis, Homeridas quoque nuncupatis, celebrantur. Nomini uero plurali et adiectiuo mille sic uerbum singulare iungi, nec in solens fuit apud antiquos, neque inauditum. uid. si placet, GELLIVS *Noct. Attic. l. 16, p. 91*, qui iam studiose fatis collegit exempla huc omnino facientia.

## §. XV.

Tamen si uero Homeridae proprie fuerunt illi, qui ab Homero originem trahentes eiusdem carmina recitabant publice, tamen illis etiam idem nomen tributum fuit, qui, licet non essent ex posteris Homeri, eius carmina aequae atque illi in conuentibus publicis recitabant, uulgo rhapsodi appellati. Testantur id iterum SCHOLIA *Pindari p. 332*. uerbis clarissimis, *Ομηρίδαι πρότερον μὲν οἱ Ομήρου παῖδες. ὕστερον δὲ οἱ περὶ Κύναιδον (αἰσβάδοι. et paullo ante, Μετὰ τὰντα καὶ οἱ (αἰσβάδοι ἐνέρι τὸ γένος εἰς Ομηρον ἀναγοῦντες* dicti sunt Homeridae. Atque hoc nomine rhapsodi, Cynaethi sectatores, appellantur a PHILOSTRATO *de uitis Sophistarum cap. 21, p. 518*, a PINDARO *Neme. II, l. 1*, a PLATONE *Io. p. 361*. Idem tamen etiam nominati fuerunt Homeristae. uid. ATHENAEVS *Deipnosoph. XIII, 3, p. 520*. quos PORPHYRIVS *in scholiis ineditis ad Dionysium Thracem Ομηρίστας* uocat. uid. CEF. FABRICIVS *Bibl. Graec. Lib. II, c. 2. §. 22, p. 276*. MENAECHEMVS uero, teste SCHOLIASTE *Pindari d. l.* etiam eos dictos fuisse *εἰρηστές* tradit, *διὰ τὸ τὰς εἰρηστέων ῥάβδων λέγεσθαι ὑπὸ τινῶν*, quod et memorat EVSTATHIVS *d. l. p. 16*. Denique dicti fuerunt *αἰσβάδοι*, quia certantibus praemium fuit propositum agnus: qua de re infra pluribus. Originem hi rhapsodi traxisse feruntur a Cynaetho, genere Chio, qui, ut iam antea diximus, memoratur Syracusis Homeri carmina recitasse. Consentiant hac in re Grammatici ueteres, qui eam tradi-



derunt, omnes usque adeo, ut graue aliquantum uideatur esse, rem omnium consensu probatam in dubium uocare, aut penitus negare. Nec tamen aliter potest fieri, nisi ut haec sententia de quibuscunque rhapsodis accepta reiiciatur, propter ea quod multis ante Cynaethum annis et statim post Homeri obitum mos inualuit Homeri carmina recitandi. uid. §. XI. praecedentem. Itaque haec quo pacto inter se conciliari possent, sollicitius cogitanti uenit in mentem coniecturae, quam aequis nec rerum imperitis exponam breuiter lectoribus diiudicandam. Quemadmodum Homeridae, qui ante Cynaethum Homeri carmina recitarunt, ex posteris poetae sine dubio fuerunt, sic suspicor eosdem carmen Homericum ita cantasse, ut nec ordinem ab auctore illi assignatum interrumperent, nec de suo quicquam adderent. Igitur licet nolim penitus inficiari, particulas etiam quasdam poeseos Homeri ab his Homeridis Cynaetho antiquioribus recitatas fuisse, tamen et hae ipsae eadem, qua conscriptae fuerunt, orationis serie pronuntiatas fuerunt. Cynaethum autem ab hac forte ratione Homeri poesein recitandi destitisse, et non solum ordinem uersuum turbasse, uerum etiam de suo aliquid in recitatione addidisse auguror. Quo ipso a Cel. FABRICIO discessionem facimus, cui *Bibl. Graec. Lib. II, c. 7, §. 3, p. 356*, uerisimile uidetur, centones Homericos decantatos fuisse a rhapsodis, antequam de uero ordine carminum Homericorum constaret, nec Pisistrati cura opus poetae utrumque digessisset. postea autem lege Solonis iustos fuisse rhapsodos ordine carmina Homericum decantare. itaque ab eo tempore rhapsodiam nihil aliud fuisse, quam partem siue librum alterutrius poematis Homericum, quantum una uice absolui cantando possent. Nam si haec perpendo altius, parum abest, quin coniectura existimem multo certiora. Id in aprico esse censeo, Cynaethum et eius assecras, rhapsodos, ordinem uersuum Homericorum non seruasse, sed carmen cantandum ex diuersis Homericis poeseos partibus librisque apta serie conuuisse et quasi compilasse. His,

quae



quae ad hanc rem confirmandam iam §. III. affuerunt, hic addere liceat *SCHOLIA Pindari p. 331*, quae referunt *ἐκατέρωσ τῆς ποιήσεως εἰσενεχθείσης τὰς ἀγωνισὰς αἰὼν ἀκρομένεσ*, uel ut *SALMASIUS ad Solinum p. 610, A.* legi praecipit, *ἀκρομένεσ, πρὸς ἄλλα τὰ μέρη, καὶ τὴν σύμπασαν ποιήσιν ἐπιόντασ βασιβαδὸσ προσαγορευθῆναι*, et paucis interiectis, *Οἱ περὶ Κύναιδον βασιβαδὸσ τὴν Ομήρω ποιήσιν σκεδαδεῖσαν ἐμνημόνευον καὶ ἐπήγγελλον*. Nec defunt exempla rhapsodorum apud auctores, qui ex uniuersa Homeri poesi uersus negotio suo accommodatos feligebant ac per rhapsodiam pronuntiabant. Refert enim *PLUTARCHVS Symposiac. Lib. IX, cap. 1, p. 736*, laudatque rhapsodum, qui in nuptiis Ptolemaei, forem ducentis uxorem, quod facinus uidebatur insolens et nefarium, ab his uersibus apposite orsum esse,

*Ζεὺσ δ' Ἥην ἐκόλεσσε κασιγνήτην ἄλοχόντε,*

*Iupiter uxorem post haec uocat atque sororem.* Defunus est hic uersus ex *Homeri Iliad. XVIII, 356*, ubi ita legitur,

*Ζεὺσ δ' Ἥην προσέειπε κασιγνήτην ἄλοχόντε.*

Ego uero, quemadmodum non dubito, quin *Plutarchus* uersum ita retulerit, prout a rhapsodo fuit recitatus, ita ex hoc ipso perspicuum esse cenfeo, rhapsodos carmina *Homeri* pro suo ipsorum arbitratu mutasse. Nam quando pro *προσέειπε*, quod est ipsius poetae, rhapsodus usurpauit *ἐκόλεσσε*, id ego nullam aliam ob causam factum fuisse puto, nisi quod posterius recitatori uersus magis placuit, quam prius illud, licet ab ipso *Homero* profectum. Neque uero immutabant solum carmina recitanda *Cynaethus*, et qui ex eius ueluti ludo prodierunt, sed et de suo carmini ex *Homero* recitando aliquid assuebant. *SCHOLIA Pindari d. l.* *Αὐτοὶ ἔν οἱ περὶ Κύναιδον βασιβαδὸσ τὴν ἀρχὴν ὡσ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ Διὸσ ἐποιήντο προσημαζόμενοι. ἐνίστε δὲ καὶ Μῆσων.* Idem etiam ipsa luce clarius exinde apparet, quod temporis tractu poesis *Homeri* ualde fuit a rhapsodis, a *Cynaetho* ortis, corrupta, utpote qui multos de suo uersus illi inferebant. Nam de his ita *SCHOLIASTES Pindari d. l.* *Οὗσ Φασι ποιεῖν τῶν ἐπῶν*



ἔργων ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὀμήρου ποιήσιν. et infra de iisdem, Εὐμαίοντο δὲ αὐτὴν τὴν Ὀμήρου ποιήσιν πάνυ. ex quibus sua composuit EUSTATHIVS d. l. p. 16, Εὐμαίοντο δὲ Φασιν αὐτὴ πάλμποδια αἱ περὶ τὸν Κύναιθον καὶ πολλὰ τῶν ἔργων αὐτοὶ ποιήσαντες παρεμβάλλον. Neque uero initium solum, sed et finem de suo adiecerunt rhapsodi, si, quae SALMASIVS ad *Solinum* p. 609. A. et KVSTERVS p. 92, tradunt, conuenientia sunt ueritati. quod suo loco relinquo deficientibus ueterum testimoniis omni exceptione maioribus. Atque his quidem de causis primus dicitur rhapsodus fuisse Cynaethus, quia hinc inde decerptos Homeri uersus, in unum tamen collectos et apte confutatos, recitauit primus, primusque de suo aliquid rhapsodiae addidit, quum antea Homeri poesis nec turbata caneretur, nec interpolata.

## §. XVI.

Hos igitur iudico rhapsodos esse, a Cynaetho ortos, qui a PLATONE *de republ. Lib. II. p. 601. D.* ποιητῶν ὑπηρέται, poetarum ministri, appellantur, et iis, qui non necessitatis, sed uoluptatis causa aluntur in urbe, annumerantur. qui cum omnem operam studiumque ponerent in recitandis optimorum quorumque poetarum, maxime Homeri, carminibus, tum corporis quoque ornatui, quo pulcerrimi apparent semper, maximo opere studebant. Quocirca ita ad Ionem ait Socrates apud PLATONEM *Ion* p. 361. E. Καὶ μὴν πολλοὶς γε ἐξήλωσα ὑμᾶς τὰς ῥαψώδεις, ὦ Ἴων, τῆς τέχνης τὸ γὰρ αἶμα μὲν τὸ σῶμα κεκοσμηθεῖαι αἰεὶ πρέπειν ὑμῶν εἶναι τῇ τέχνῃ, καὶ ὡς καλλιτέχναι φαίνεσθαι. αἶμα δὲ ἀναγκάσιον εἶναι ἐν τε ἄλλοις ποιηταῖς διατρέψεν πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς, καὶ δὴ καὶ μάστιγα ἐν Ὀμήρῳ τῷ αἰεῖσθαι καὶ θρονατάτω τῶν ποιητῶν, Etenim, o Io, artem uestram semper plurimum feci, quod et arti uestrae conueniat, ut ornatis corpus, et quam pulcerrimi semper appareatis, tum quod oporteat in plurimis atque bonis poetis, in Homero praecipue poetarum omnium optimo diuiniſſimoque assidue uersari. Vid. etiam, si lubet, PETRVS VICTORIVS in prolegom. ad commentarios in Aristotelem de arte poetica p. 2, edit. Florent. Atque



Atque ad hoc ornatus studium, quod adhibuerunt rhapsodi, malim equidem referre coronam illam auream, quam usitatam esse sui ordinis hominibus testatur Io apud Platonem iam nunc productum, quam CAROLO PASCHALIO asserenti, qui *de coronis Lib. I. c. 18. p. 60. et Lib. V. c. 12. p. 324.* rhapsodos cenfet praemii loco corona aurea donatos fuisse. Nam rhapsodorum in certamine uincientium praemium non coronam auream, sed agnum fuisse, infra §. XVIII. pluribus euincemus. Non nudam autem poetarum solum recitationem hi rhapsodi profitebantur, uerum etiam singularem reliquisque excellentiorem ipsa carmina interpretandi scientiam affectabant. Sic enim dicto PLATONIS loco pergit Socrates rhapsodos hos exagiturus, Ου γὰρ ἂν γένετο ποιεῖν ραψωδίας, εἰ μὴ συνή τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶ ποιητῆ. τὸν γὰρ ραψωδὸν ἐμνησθε δεῖ τῶ ποιητῆ τῆς διανοίας γινώσκειν τοῖς ἀκέσσειν, Nunquam enim aliquis rhapsodus euaderet, nisi ea, quae a poeta dicta sunt, intellexerit. nam poetae mentem interpretari rhapsodum apud auditores oportet. Eadem mente Socrates d. l. p. 364. E. Ionem interrogat, Ουκ ἔν ὑμεῖς αὖ οἱ ραψωδοὶ τὰ τῶν ποιητῶν ἐμνηστέτε; Nonne uos rhapsodi poetarum scripta interpretamini? cui Io respondet, Καὶ τῆτο ἀληθῆς λέγεις, Vera narras. Quapropter Io ille p. 361. se Homerum adeo exornasse ait, ut dignus esset, qui aureis coronis ab Homeri studiosis coronetur, quamuis non idem circa Hesiodum et Archilochum se posse fateatur, nisi in quibus hi cum Homero concinant. Tanta praeterea horum erat hominum arrogantia fastusque, ut reliquos doctrinarum studiosos contemnerent, et se sapientes et id quidem solos iudicarent. quam hominum uanitatem taxaturus Socrates p. 363. B. ita Ionem alloquitur, Σοφοὶ μὲν περὶ ὑμεῖς οἱ ραψωδοὶ καὶ ὑποκριταί, καὶ ὦν ὑμεῖς ἄδετε τὰ ποιήματα, Sapientes scilicet uos rhapsodi et histriones estis et illi, quorum uos carmina decantatis. Dignus omnino est, qui hac dere perlegatur PLATONIS saepius iam laudatus dialogus, qui Io inscribitur, in quo rhapsodos perstringit false eorumque iactantiam mire exagitat.

F

§. XVII.



§. XVII. In primis uero, quod ex ante dictis constare putamus, rhapsodi se exercuerunt in Homeri carminibus recitandis. AESCHINES *Dialogo II, c. 33, p. 99. seq.* Μοι δονεὶς σὺ, Κερτίος, ἔτος ἐμὲ χεῖρας ἀνθρώπων, ὡς περ τῶν ῥαψωδῶν, οἱ τὸ Ὀμήρου ἔπη ἀδῶσιν. *Videris tu mihi, Critia, gaudere, cum me audis, ut quum audis rhapsodos, qui Homeri uersus canunt.* Cuius ego rei nullam aliam existimo causam fuisse, nisi quod ille poetarum omnium, in primis epicorum praestantissimus haberetur. quam hoc ueriores duco, quod ipse lo apud PLATONEM p. 367. eandem hanc causam, cur Homeri maxime poesi recitandae operam daret, allegat. Neque tamen in solo carmine Homerico occupati fuerunt, sed aliorum quoque poetarum carmina per rhapsodiam ostentationis gratia pronuntiarunt. Primus inter hos locum suo iure occupat Hesiodus Homero et aetate proximus et genere aequalis, cuius carmina rhapsodos pari modo cecinisse uel ex PLATONIS dialogo paullo ante adducto apparet. Praeterea idem, ne, quae supra iam dicta fuerunt, repetamus denuo, testatur ISOCRATES *Panathenaic. p. 560*, ubi narrat in Panathenaeis nonnullos τὰ Ἡσίοδε καὶ Ὀμήρου ῥαψωδῶντας, *Hesiodi et Homeri carmina recitasse*, et LUCIANVS, qui *Necyomant. p. 327.* Συνεχῆς, inquit, ἐπιῤῥαψωδῶν τὰ πάνδημα ἐκείνα τῶ Ἡσίοδε περὶ τῆς ἀρετῆς ἔπη καὶ τὸν ἰσθῶτα, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ ἀντρον ἀνάστασιν, *Sedula recitans celebra illa Hesiodi de uirtute carmina et sudorem et ascensum in montis uerticem.* Sic annotante CLEARCHO ἐν τῷ περὶ τοῦ διαγοῦσθων, et referente ATHENAEO *Deipno. Lib. XIII, p. 620, C.* Τὰ Ἀντιλόχου ὁ Σιμωνίδης ὁ Ζανθίνος ἐν τοῖς δεύτεροις ἐπὶ δῖφου καὶ ἡμεῖος ἐῤῥαψωδῆς, *Antilochi uersus Simonides Zacynthius in theatro sellae insidens memoriter pronuntiauit.* Idem ATHENAEVS d. l. ex LYSANIA refert Mnesionem rhapsodum ostentationis gratia, quum sui specimen ederet, iambos quosdam e Simonide uelut Historiam recitasse. Et DICAEARCHVS eodem teste iam obseruauit, Cleomenem rhapsodum carmina Empedoclis, quem praeter metrum



trum nihil cum Homero commune habere docet ARISTOTELES *de poetic. c. 1, p. 790, C.* in ludis Olympicis memoriter reddidisse. Mimnermi quoque et Phocylidis uersus decantari solitos auctor est CHAMAELEON *in libro de Stesichoro* apud ATHENAEVM *d. l.* Quae si curatius inter se conferantur omnia, facile apparebit, rhapsodos ordinarie carmina hexametra recitasse, ostentationis uero gratia aliis quoque metrorum generibus agendis se exercuisse.

## §. XVIII.

Fuerunt rhapsodis aequae ac reliquis poetarum cantoribus sua certamina in diebus maxime festis haberi solita. Atque huc sine ulla contouersia referendus est ISOCRATES, qui *Panegy. p. 174.* memorat non Homeri poesin solum, in certaminibus Musicis a Graecis ideo in maiore habitam honore, quod eos, qui barbaros oppugnarunt, praeclaris laudibus extulerit, uerum etiam hymnos de bellis barbaricis in festis diebus cani solitos. Nec diuinus PLATO penitus intermisit de rhapsodorum certaminibus, festis diebus institui solitis, quaedam praecipere, dum *de Legibus Lib. VIII, p. 909.* Et ita scribit, Τα δὲ ραψωδῶν καὶ τῶν τέτοις ἐπομένων, καὶ ὅσα ἐν ἑορταῖς ἀμιλλῶν χορῶν ἀναγκαστικῶν γίνεσθαι, ταχθέντων τοῖς θεοῖς τε καὶ τοῖς μετὰ θεῶν μινῶν καὶ ἡμερῶν καὶ ἐναντιῶν κοσμηθῆσανται τότε, εἴτε τριημέριδες, εἴτε αὐτὴ καὶ διὰ πέμπτων ἔτων, εἴδ' ὅπῃ, καὶ ὅπως ἐνομοῖαν δίδόντων τῶν θεῶν τάδεως πέρι διανεμηθῶσι, Ἀὐτὸν uero de rhapsodis deque his, qui eos sequuntur, et de contentione chororum, quotcumque necessario solemnitatibus diis daemionibusque constituuntur, statutis diebus mensibusque et annis, haec omnia quomodo disponenda sint, et si per tres aut etiam per quinque annos fieri debeant, consilio deorum intelligentur agenturque. Et sane in Panathenaeis recitatores Homeri non ultimum inter musices certatores locum tenuerunt. Unde hanc legem inter Atticas refert SAMVEL PETITVS *Commentar. in leges Atticas p. 24.* Καθ' ἐνάτην πενταετηρίδα Παναθηναίων τὰ τῆ Ὁμήρου ἔπη ραψωδεύουσι, Panathenaeis maioribus rhapsodai Homeri carmina recitent. Instituisse hunc mo-



rem primus omnium in communi Atheniensium solemnitate traditur Hipparchus, Pisistrati filius natu maximus, a PLATONE et AELIANO, uti supra §. XI. et XII. indicauimus. quod tamen, nisi de eo intelligatur, quod Hipparchus rhapsodos coegerit ἐξ ὑπολήψεως, alternis et ordine pronuntiare, uix ueritati consentaneum uidetur. Nam quanquam LYCURGVS aduers. Leocrat. p. 165. auctorem huius instituti non tradidit, ex eodem tamen clarum est, iam ante tempora ipsius rhapsodos fuisse in Panathenaeis usitatos. Ex quibus intelligitur, quam grauius lapsus sit P E T R I T V S d. l. quando Hipparchum ait hanc legem omnium primum tulisse, et ad dicta confirmanda prouocat ad Lycargi, Hipparcho longe antiquioris, testimonium. Interim ISOCRATES Panathenais. p. 560. quoque testatur, Homeri carmina atque adeo Hesiodi per rhapsodiam reddita fuisse. In ludis, qui in toto terrarum orbe celeberrimi fuerunt, Olympicis, cum artibus omnibus locus fuit, tum etiam rhapsodos carmina interdum recitasse discimus ex DIODORO SICULO, qui Lib. XIII. p. 452. A. de Dionysio, Τῶν δ' Ὀλυμπίων, inquit, ἐγγύς ὄντων ἀπέπελεν εἰς τὸν ἀγῶνα τέθροιστα πλείω, διαφέροντα πολὺ τῶν ἄλλων τοῖς τάξεσι καὶ σκηνῶς εἰς τὴν πανήγυριν διαχεύσας, καὶ πολυτελεῖσι ποικίλοις ἡμῶσις κεκοσμημένους. ἐπεμψε δὲ καὶ ῥαψόδους τὸς κραδίους, ὅπως ἐν τῇ πανηγυρῆι τὰ ποιήματα προφερέμενοι ποιήσωσιν ἐνδοξὸν τῶν Διονυσίων, Interea dum Olympiorum celeritas ingruit, complures ad certamen quadrigas celeritate alius longe praestantes, scenasque auro interlucentes, et sumtuoso textilibus artificii opere multifariam exornatas ad panegyricam illam solemnitatem misit. his rhapsodos addidit probatissimos, qui poemata eius publice recitando magnam Dionysio gloriam pararent. Canebant etiam rhapsodi Iliada Homeri Braurone, qui fuit locus non procul a Marathone situs, quo Iphigeniam Agamemnonis filiam cum Diana Taurica primum appulisse, eaque ibi relicta Athenas et deinde Argos uenisse perhibent. uid. PAVSANTAS Atticis p. 32. uers. 3. Huic igitur Deae quemadmodum fuit festus institutus dies Βραυρονία



νία ἐορῆ dictus, sic rhapsodos ibidem Iliada Homeri cecinisse perfpicuis uerbis memorat HESYCHIVS, V. Βραυρωνίας. Τὴν Πλάτωνα, inquit, ἦδον ῥαψωδοὶ ἐν Βραυρωνίῳ τῆς Ἀττικῆς καὶ Βραυρωνίας ἐορῆ, Ἀγέμεδι Βραυρωνίας ἀγεται, καὶ θίεται αὐτῷ. Pluribus hac de re iam egit IOANNES MEYRSIVS de populis Atticis p. 702, Tom. III. Gronou. cui iungatur IOANNES POTTERVS Archaeologi. Graec. Lib. II. cap. 20. p. 396 edit. nouissimae Venetiis 1733. Certamen quoque rhapsodorum in Deī honorem instituisse Epidaurios EX PLATONE Io. p. 361, discimus, ubi Socrates ex Ione quaerit, Μῶν καὶ ῥαψωδῶν ἀγόνων τιθέασι τῶ θεῷ οἱ Ἐπιδάυριοι. Numquid et rhapsodorum certamen Epidaurii Deo instituuerunt? et hic illi hunc in modum responder. Πάνυ γε καὶ τῆς ἀλλήγευε μῦσικῆς, Non in his solum, sed in alio quoque genere musicae. Sicyone rhapsodis sua fuisse certamina, manifestum est ex HERODOTO Lib. V. c. 67. p. 309. seq. Κλειθένης γὰρ Ἀργείοισι πολεμίσσας τῆτο μὲν ῥαψωδῶδες ἐπαυσε ἐν Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι τῶν Ὀμηρείων ἐπέων εἰνεκα, ὅτι Ἀργεῖοι τε καὶ Ἀργεοὶ τὰ πολλὰ πάντων ὑμνεῶσται, Clisibenes quum bellum gereret cum Argiuis, tum summouit e Sicyone certamina rhapsodorum canentium poemata ob Homeri carmina, in quibus Argos atque Argiui tantopere laudantur. Habuerunt etiam rhapsodi suum praemium in certamine uictori propositum aequae ac reliqui poetae cuiusque generis. Sic Tragicis primas ferentibus praemii loco obtingebat hircus, teste HORATIO de arte poetica uers. 220,

*Carmine qui tragico uilem certauit ob hircum.*

Comicis dabatur mustum, quod Graecis ῥαυζ dicitur. qua de re SCHOLIA Aristophanis, Acharnens. uers. 397. p. 256. Τρυγῶδες δὲ εἶπευ ἀντὶ τῆς κομωδίας. διὰ τὸ τοῖς νικῶσι κομμοῖς τρυγὰ διδοσθαι, τῆς ἐξὶ νέου οἴνου. Epici taurum uictoriae testem reportabant, quod ex VIRGILIO Eclog. III, uers. 86. manifestum est,

*Pollio et ipse facit noua carmina, pascite taurum.*

Nam Pollionem hunc carmine epico historiam belli ciuilibis descripsisse HORATIUS Lib. II. od. I. auctor est. Idem praemium Dithyrambicis tributum fuisse praeter ceteros tradit



ALEXANDER AB ALEXANDRO *Dier. Genial. Lib. V. c. 8. p. 69.* Bucolicis uitulam in praemium propositam fuisse constat ex VIRGILIO *Eclog. III, 109*, ubi Palaemon iudicium de certamine, quod Menalcas ac Damoetas in Bucolicis iniierant, laturus dicit,

*Et uitula tu dignus et hic.*

Contra ea Lyricis iuencam cessisse in praemium praeter ALEXANDRUM AB ALEXANDRO *Lib. VI. c. 19. p. 653. et IVL. CAES. SCALIGERUM Poetic. Lib. I. c. 44. p. 48.* perhibent LVDOL. KVSTERVS *Histor. Critic. Homer. Sect. III. §. 8. p. 93.* et Cel. CHRISTIAN. GOTTLIB SCHWARZIVS *de certaminibus ueterum poetarum et oratorum §. 93. p. 98. seq.* Sed quum a nullo testis factis assiduus in scenam productus sit, de ueritate huius rei eo meliore iure mihi dubitare uideor, quod TZETZES *in prolegomenis ad Lycophronem* clarissimis uerbis testatur, Lyricos tauro praemii loco donatos. En ipsa uerba, *Δυρικῶν δὲ γνάρισμα τὸ πρὸς λύραν τὰ τέτων ἀφ᾽ ἑσθαι μέλη, καὶ χορὸς ἐς τὸς κυκλικῶς ἀνδρῶς ἔχων πενήτηντα, οἵπερ καὶ δοῦρον ταύρου ἐλάμβανον.* At utcumque sint ista, iis certum est, qui fingeradis carminibus amatorii praestabant reliquos, coronam myrteam, propter myrtum Veneri sacram, donatam esse, quod docet ingeniosissimus auctor *artis amandi Lib. II. uers. 733.*

*Finis adest operi, palmam date, grata iuuentus,  
Sertaque odoratae myrtea ferre comae.*

uid. idem *Fastorum Lib. III. uers. 15. sq.* Eadem ratione rhapsodis certantibus propositus fuit agnus, quem, qui reliquos recitandi elegantia uicerat, accipiebat. Annotauit id EUSTATHIVS *ad Iliad. I, p. 16.* Οἱ ἀγωνιζόμενοι βραβῶδοι ἐν αὐτῇ Οὔρησιν, καὶ νικῶντες ἀγνὸν ἐλάμβανον ἐπαθλῶν, et SCHOLIASTES *Pindari p. 331.* Οἱ δὲ, ὅτι κατὰ μῆρον πρότερον τῆς ποιήσεως διαδομένης τῶν ἀγωνιστῶν ἕκαστος, ὃ, τι βέλοιο μέρος ἦδε, τῷ δὲ ἀθλῷ τοῖς νικῶσιν ἀγνὸς ἀποδοδεσγμένον.

§. XIX.

Nec conuiuia rhapsodorum penitus fuerunt expertia.  
nam



nam sicut id iam est ex iis, quae supra EX PLVTARCHO de rhapsodo in nuptiis Ptolemaei audiuius, aliquantum constat, sic expressis uerbis legitur in ATHENAEO *Deipnos. Lib. XIII, p. 620. A. Ουκ ἀπελπίοντο δὲ ἡμῶν τῶν συμποσίων εἰδὲ ἑαψάδοι, Conuiuio ne defuerunt quidem nostro rhapsodi.* Atque id quidem ad laurum etiam factum fuisse clarissime docent SCHOLIA *Aristophanis Nubib. uers. 1367. p. 110.* In theatris pari ratione locus fuit rhapsodiae. id quod primus instituisse fertur Demetrius Phalereus. ATHENAEVS *d. l. p. 620. B. Τὸς νῦν Ομηριστὰς, sic enim tunc uocatos esse rhapsodos ibidem affirmatur, ὀνομαζομένους πρῶτος εἰς τὰ θεάτρα παρήγαγε Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, Quos nunc appellant Homeristas, primus in theatrum produxit Demetrius Phalereus.* Athenaeo suffragatur EUSTATHIUS *ad Iliad. ulim. p. 1497. Hν δὲ τοῖστος καὶ Φαληρεὺς Δημήτριος, ὁς πρῶτος εἰς θεάτρον παρήγαγέ Φασί ἑαψάδος τὸς καὶ Ομηριστὰς καλεσμένους, οἱ ἐμελωδῶν τὰ Ομήρου, καθότι περ ἄλλοι τὰ Ἡσίοδε καὶ Ἀρχιλόχου καὶ ἑτέρων.* Id quidem uerum non esse contendit SCALIGER *Poetic. c. 41, p. 45.* propterea quod iam Homeridarum fiat mentio apud Pindarum. At praeter rem id fieri quilibet per se perspicit. neque enim Athenaeus Demetrium ait nomen Homeristarum, quod tamen etiam differt a nomine Homeridarum, primum dedisse, sed rhapsodos, qui dicuntur Homeristae quoque, omnium primum in theatrum produxisse. Deinde si Athenaei et Eustathii locos attentius intuemur, aliquod omnino discrimen intercessisse uidetur inter rhapsodos antiquiores, et inter hos, quos Demetrius in theatrum produxit, quique uocati sunt Homeristae. Quia in re uero hi ab illis fuerint diuersi, quum differtis non sit uerbis relictum, dici pro explorato nequit. Quod si tamen coniecturae locus est, hi forsitan rhapsodi, Athenaei tempore Homeristae uocati, carmina Homeri non tam recitarunt, quam per gesticationem egerunt. Atque hos sine dubio intelligit POLLVX *Onomastic. Lib. VII, segm. 183. p. 820,* quando ab eo proxime iunguntur *ἑαψάδοι, χροεῦται, ὑπικροῦται.* et ita capiendus est IO. PHILIPP. *FEIFFERVS Antiq. Graecar. Lib. II, c. 68. p. 458,* cui histri-

nes



nes et rhapsodi uocantur. Certe ACHILLES TATIUS *Lib. III. p. 203. seq.* memorat, cultrum quendam a Menelao inuentum fuisse, cuius manubrium palmos quatuor, ferrum uero digitos non amplius tres longum fuerit. quem quum Menelaus inscipienter torfisset, e capulo, tanquam ex antro, ferri partem prodiisse tantam, quanta capuli longitudo fuisset, quumque in contrariam rursus partem torfisset, ferrum pariter intus occultatum fuisse. atque eiusmodi ferro eum, qui Homeri poemata in theatris recitauerat, ad fictas in theatris uulnerationes uti consueuisse. Ex quibus profecto extra controuersiam existimo collocatum esse, a recentioribus his rhapsodis in recitatione gesticationem adhibitam fuisse. Atque id ipsum etiam ex PETRONIO *cap. 59. p. 300.* tam clarum tamque exploratum esse censeo, ut neminem, qui hos scriptores curatius perlustrauerit, fore credam, quin hac in parte mecum faciat. Elegantissimus enim ille nequitiarum arber non solum Homeristas nobis memorat Graecis uersibus colloquentes, et Homeri carmina recitantes, uerum etiam Achillem aliosque heroas ab Homero dilaudatos agentes et habitu non minus quam gestu repraesentantes. Accedit, quod ab his rhapsodis adiectum insuper fuit, ut uiolacis uestibus induerentur, qui partem Odyssaeae, rubris, qui partem Iliadis decantabant, ut iam uisum est. CEL. FABRICIO *Bibl. Graec. Lib. II, c. 7, §. 3, p. 356.* Nam id certe tribuitur rhapsodis recentioribus ab EUSTATHIO *ad Iliad. I, p. 15.* Εἰ δὲ καὶ τὴν Ὀμηρικὴν αἰ ὕπερον ὑπεκρήνιστο δραματικώτερον τὴν μὲν Ὀδυσσεΐαν ἐν αἰεργαῖς ἐδήμασι, τὴν δὲ Ἰλιάδα ἐν ἐρυθροβαφέσιν, ἐκεῖνο μὲν κατὰ τὰς παλαιὰς διὰ τὴν ἐν θαλάσῃ πλάνην τῆς Ὀδυσσεΐας, τῆτο δὲ διὰ τὰς ἐν Τροίᾳ φόνους καὶ τὰ ἐνλεῦθεν αἱματά. ἀλλὰ τῆτο μὲν σύμβαιμα καὶ καινότερον ἐπιπόημα τῶν ἐσσεύων, qui locus non parum etiam confirmare uiderur, quam modò proposuimus, coniecturam, qua hi rhapsodi recentiores rhapsodiae gestus adhibuisse dicuntur. uid. GISP. CVPERVS *de apotheosi Homeri p. 51. seq.* Ceterum ex ultimo hoc Eustathii loco duplicis conuincitur lapsus SCALIGER *d. I.* eumque secutus SCHMIDTIVS. hi enim pro uestibus usurpa-

tos



tos fuisse scribunt scipiones, f. baculos, et pro colore coeruleo substituunt croceum. Ante uero quam in ipsa theatra rhapsodi certaturi procedebant, periculum rhapsodiae facere plerumque consueuerunt in Odeo. qui locus Athenis erat in formam theatri extructus. HESYCHIVS, Ὡδέων τόπος, ἐν ᾧ πρὶν τὸ δράμα κατασκευασθῆναι, οἱ ῥαψωδοὶ καὶ οἱ κωμωδοὶ ἤγωνίζοντο. Immerito hunc locum, quasi in eo traderetur, odeum fuisse ipsum theatrum, reprehendit ONVPHRIVS PANVINIVS de ludis Circensibus Lib. II, p. 293. Tom. IX. Graeuqum Helychius formam odei silentio plane praeterierit. Erat autem odeum auctoribus SVIDA Tom. II, p. 752. et SCHOLIASTE Aristophanis ad Vesp. 1104, p. 317, edit. Kuster. τόπος ὡς περ δράμα καὶ δράμα ποιηθῆς. Aedificatum hoc odeum fuit a Pericle, quod testatur PLVTARCHVS in eius uita p. 160. Α τὰ δὲ ὠδέων τῇ μὲν ἐντὸς διαδέσει πολυέδρον καὶ πολύστολον, τῇ δ' ἐξέσσει περικλινῆς καὶ κάταντες ἐκ μιᾶς κορυφῆς πεποιημένον, ἐικόνα λέγεσθαι γυνέδα καὶ μίμημα τῆς βασιλείας σπηνῆς, ἐπιστατῆντος καὶ τέτο Περικλέους, Odeum, cuius habet interior descriptio multa sedilia multasque columnas, tectum est autem subuectum et accliuē in unum assurgens fastigium, imaginem ferunt esse et simulacrum tabernaculi regis. instituit et hoc quoque Pericles. uid. IOANNES MEVRSIVS Ceramico Gemino cap. II, p. 978. Tom. III. Gron. et Atticarum Lectio num cap. 28, p. 1882. Tom. V. Gronou. Nec festum defuit rhapsodis, quod in Bacchanalibus ita celebrare soliti fuerunt, ut singuli accedentes Deo, artis suae inuentori, rhapsodiam honoris loco offerrent. Memoriam huius solemnitatis, licet iam tunc abolitae, ad nos transmisit ATHENAEVS Deipn. Lib. VII, cap. 1, p. 275. D. Ἐξέλιπε ἡ τῶν ῥαψωδῶν ἑορτή, ἣν ἤγον κατὰ τὴν τῶν Διονυσίων, ἐν ἣ παριόντες ἕκαστοι τῷ θεῷ οἶον τιμὴν ἀπετέλεον τὴν ῥαψωδίαν, Abolitum est rhapsodorum festum prisco ritu celebrari solitum in Bacchanalibus, in quo singuli, qui aderant, ueluti tributum, Deo persoluebant rhapsodiam. Neque uero apud Graecos solum Homeri carmina cantata fuerunt, sed et apud Indos et Persas, gentes olim barbaras, si uera sunt, quae AELIANVS, nec ipse admodum certus, narrat V. H. XII, 48, p. 805, Ὅτι Ἴνδοι τῇ παρὰ σφίσιν ἐπιχωρίῳ



Φωνῆ τὰ Ὀμήγε μεταγράφοντες ἀδῶσιν ἃ μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Περγασῶν Βασιλεῖς, ἐπὶ χερὶ πιστεύειν τοῖς ὑπὲρ τῶν ἰσορῶσι, *Indi uernacula sibi lingua descripta Homeri poemata cantant non tamen soli, sed et Persarum reges, si quid credere oportet illis, qui de his populis scribunt.* ubi uideantur, quae Viri Clarissimi KVN-  
NIVS ET PERIZONIVS annotarunt.

## §. XX.

Sed quaeritur, utrum rhapsodia fuerit nuda simplexque recitatio, an uero cantus carminis, et num in eadem quoque actio seu gestus adhibiti fuerint. Quis hanc quaestionem pro eo, ac decet, iam antea excusserit, fateor me nescire. qui enim de rhapsodis ex industria commentati paullulum sunt, satis habuerunt iisdem sine ullo discrimine alias cantum, alias recitationem adscribere, ita tamen, ut, quantum mihi datum fuit cernere, non recitatione simplici, sed cantu potius confutisse rhapsodiam prae se ferre uideantur. Vnus, quem scio, PETRVS VICTORIVS expressis affirmavit uerbis, *ῥαψωδῶν* non sine cantu fieri solitum, nec simpliciter significare clara uoce legere ac recitare. uid. *eius Commentarii ad Aristotelem de poetica* p. 300. edit. Flor. At enim non possum, recuratius pensitata, in alia omnia non ire, his maxime rationibus adductus. Primum enim ueteres Grammatici eorumque compilatores, quando ex professo de rhapsodis scribunt, tantum non semper posuerunt uerba *ἑπαγγέλλειν, ἀπαγγέλλειν*. uid. §. II. alibi. Nec huic sententiae admodum aduersatur, quod a PLATONE *de republ. Lib. II. p. 601. D.* rhapsodia ad musicam refertur, et a scriptoribus de eadem uerbum *ᾄδειν* subinde usurpatur. quum et recitatio secundum artem instituta, qualis omnino fuit rhapsodorum, ad musicam pertineat, et uerbum *ᾄδειν* saepissime nihil aliud significet, nisi recitare. Deinde id probat locus PHILOSTRATI *de uitis Sophistarum* c. 21. p. 518. ubi de Scopeliano Sophista, O δὲ, inquit, ἔγωγε μεγαλοφωνίας ἐπὶ μείζονι ἤλασεν, ὡς καὶ γιγνόντων ξυνδένων παραδένεστε Ὀμηρίδων ἐφόρμους εἰς τὸν λόγον, *Hic uero adeo uoce sonora processit longius, ut gigantum etiam praelia componeret, atque ipsis Homeri recitatoribus exemplo esset in pronuntiando.* Nisi profecto rhapsodia peracta fuisset recita-



citatione, non uideo, quemadmodum hic Sophista, qui sua non canebat, sed tantum recitabat more suae sectae recepto, rhapsodis potuisset exemplo esse. Tum ipsum uerbum *ῥαψωδῶν*, frequentissime reperitur de nuda uersuum recitatione. Locis hinc inde allatis liceat hic alios nonnullos addere. LVCIANVS de luctu p. 307, Τότε δὴ τότε πρὸς πάντων ῥαψωδῶν δυο τῶ Ομήρου εἰςχοι, Tunc denique, tunc ab omnibus duo uersus Homericis recitantur. Idem Reuiviscens. p. 399. Καὶ μὴν καὶ Ὀμηρον ὑμῶς καὶ αὐτὸς ἠνέτευα εὐδήσας· γὰρ ἴσως τὰ ἐπη, καὶ ἐπαρόψαδε ῥαψωδῶσαντά με, Atqui ex Homero uos ipse orabo. nam forte carmina eius reueribimini, meque uersus recitantem non spernetis. ubi deinde uersus ex Homero ipsi recitantur. uid. idem Apolog. pro mercede conduct. p. 489. Denique *ῥαψωδῶν* etiam sonat clara uoce ponuntur ac rem aliquam proponere. Sic est apud DIONYSIVM HALICARNASSENSEM Antiquitat. Roman. Lib. XI, c. 19. p. 667. uers. 30. edit. Oxon. Ἐρέσων τε γνώμην, παρὰ τοῖς ἐξημέροις αὐτοῖς ἀποφηνόμενος, καὶ τὰ κατὰ τὰ ὑποδάματα, δικαίων ἐδῶκεν ῥαψωδικῶς ἔσομαι. Sin aliam praeter eas, quae ab ipsis dictae sunt, proferam sententiam, licet optimum consilium dederim, frustra nugae effudisse uideor. Non est enim interpres Latinus hoc in loco uim uerbi *ῥαψωδῶν* affecutus, quia non est *nugas effundere*, sed clara uoce ac distincte proponere. itaque ex allatis patere arbitramur rhapsodiam fuisse recitationem, non aequae tantum carminis. Huc accedit, quod ARISTOTELES loco mox adducendo memorat, Mnastheum Opuntium inter rhapsodos solum cecinisse carmen, et quod ACHILLES TATIVS Lib. III. p. 203. rhapsodos circumscribit τὰς τὰ τῶ Ομήρου τῶ σώματι δεινύσας ἐν τοῖς θεάτροις, h. e. ut reddidit C. L. SALMASIVS, qui Homeri poemata in theatris recitant. Quod uero ad alteram quaestionem in capite §. huius propositam spectat, an gestus fuerint in rhapsodia ordinarie usurpati, in ea accurate euoluenda tempora existimamus etiam atque etiam distinguenda esse. Anterioribus enim temporibus carmina fuisse sine gestu a rhapsodis recitata, elucere nobis uideatur EX ARISTOTELE de poetica cap. 26. p. 819. Α. Πρώτον μὲν ἐν τῶ πρῶτῳ ἢ καὶ ἑτέροις ἀλλὰ τῶς ὑποκρίσεως. ἐπει εἰς περιεργασίας τοῖς





τοῖς σημείοις καὶ ῥαψωδῶντα, ὅπως ἐποίησαν οἱ ἑσπεῖοι, καὶ διὰ δὸντα, ὅπως ἐποίησε Μυσοθέος Ὀπέντιος, *Ac primum quidem accusatio non est artis poeticae, sed histrionicae. quoniam potest uti signis etiam, qui recitat epopeiam, id quod faciebat Sossistratus, et qui canit, id quod Mnasiheus Opuntius.* Si igitur ex rhapsodorum numero solus Sossistratus gestus recitationi addidit, quis dubitabit, rhapsodiam tunc temporis sine gestibus pronuntiatam fuisse? Idem ex PLATONE ipsa luce clarius est illustriusque, qui de republ. Lib. III. p. 615. A. scribit, Οὐδὲ μὲν ῥαψωδοί γε καὶ ὑποκρίται αἴψα. *Neque enim rhapsodi simul esse histriones possunt.* At si recentiores illos rhapsodos, quos Demetrius Phalareus, ut supra §. XIX. docuimus, prius dedisse fertur in theatris, quique Homeristae appellati fuerunt, consideramus, fatendum omnino est, iis in recitatione carminum gestus usitatos fuisse. De his ipsis enim intelligendus est POLLUX Lib. VII. *segm. 181. p. 820.* cui ῥαψωδοί, χορευταί, ὑποκρίται iunguntur. De iisdem capiendum censeo uerbum ὑποκρίεσθαι, quando a scriptoribus de rhapsodis dicitur, nec minus de iisdem his recentioribus rhapsodis fumendus est ACHILLES TATIUS supra iam §. XIX. allatus. Ceterum rhapsodos uirgam laurinum tenentes recitasse poetarum carmina, ex §. II. tam perspicuum esse putamus, ut nulla amplius probatione indigere uideatur.

## §. XXI.

Restat, ut, quos obseruamus, rhapsodorum nomina paucis exponamus. id quod hoc potiore iure nobis facturi uidemur, quod eorum indicem frustra quaesueris in diligentissimo alioquin FABRICIO. Nihil est uero, quod hic Cynaethum istum Chium, quem primum rhapsodorum fuisse, Homeri carmina dispersa et interpolata recitantium iam docuimus supra, in scenam iterum producamus. Nec necesse uidetur Sossistrati, qui iam nunc ex Aristotele asuit, inter rhapsodos non ignobilis, mentionem hic denuo iniicere. Itaque eos sine ulla mora memorabo, quos apud auctores ueteres mihi licuit obseruare. A PLATONE in laudato dialogo, qui Io inscribitur, p. 361. E. inter claros rhapsodos referuntur Metrodorus Lampacenus, Stefinbrotus Thafius et Glaucon, quibus p. 363. E. accedunt Olympus, Thamyras, Orpheus, Phemius Ithacensis, et in primis Io Ephesius, a cuius nomine desumpta est ipsius huius dialogi inscriptio. ATHENAEVS Lib. XIII. c. 3. p. 620. ex rhapsodis nobis memorat Mnasionem, Simonidem Zacynthium, Cleomenem atque Hermophantum. Haec de rhapsodis ex ipsis fontibus antiquorum repetitis beneuolo Lectorum aequoque iudicio permittimus, et eadem, quam nobis in aliorum sententiis examinandis sumimus, libertate unicuique concessa, hanc qualemcunque commentatiunculam claudimus uerbis SENECAE *Epist. XLV. Non me cuiquam mancipauit, nullius nomen sero. multum magnorum uirorum iudicio credo, aliquid et meo iudico. nam illi quoque non inuenta, sed quaerenda nobis reliquerunt.*





72 May.

01 A 6670




Sb.

VD 18


VJ 17

VD 18









Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

RIDER. DRESIGII

A. M.

NTATIO CRITICA

DE

PSODIS

Don

Geister-Sängern

QVORVM

IGO ANTIQVITAS

AC RATIO

EX

TORIBVS

ET

ASTIS GRAECIS

RADITVR.

LIPSIAE

INA LANGENHEMIANA

M DCC XXXIV.